This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search


Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

Harvard College
1870

~~4095~~

1753 d

Gm 62.60.



DE

MUSAEI GRAMMATICI EMENDATIONE

DISSERTATIO

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHORUM ORDINE LIPSIENSI

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

MAURICIUS JULIUS EDUINUS PATZIG

ZITTAVIENSIS.

LIPSIAE

TYPIS GUIL. DRUGULINI.

MDCCCLXX.

Gm 62.60

1873, Jan. 23.
Subscription Fund.

Parisios cum abhinc menses novem eo proficiscerer consilio, ut linguam francogallicam perdiscerem, praetermittendam mihi non esse existimabam optimam illam egregiamque occasionem codices, quibus splendidissima bibliotheca imperialis abundat, examinandi atque excutiendi. Sed amore quodam ad poetas Graecorum epicos delatus et eos quidem, qui Nonni aetate floruerunt ejusque et dicendi consuetudinem et versuum faciendorum normam imitati sunt, consilium cepi eorum carminibus emendandis quam maximam possem adferre utilitatem. Quo in consilio exsequendo ita versatus sum, ut codicum, qui carmina illorum poetarum continent, alios, quorum jam prior fuerat usus, inspicerem denuo ac perlustrarem, alios ad id usque tempus neglectos primum conferrem. Nunc reversus in patriam, ne nimis diu qui in hoc litterarum genere versarentur, novarum copiarum usu fraudarentur, specimen de illorum poetarum hexametro olim incohatum seponere aliquantisper et pro viribus meis in artem criticam exercendam incumbere non dubitavi. Quapropter Musaei, quo nemo melius Nonnum imitatus est, carmen de Herus et Leandri amoribus compositum accuratius tractandum mihi sumpsi. Cum enim mihi contingeret, ut codices alios conferrem minus accurate examinatos, alios a nullo umquam adhibitos reperirem, haud ingratum fore putavi eis, quibus haec studia cordi sunt, si hac scribendi opportunitate ita uterer, ut de Musaei emendatione aliquid conscriberem.

In hac opera ita versabor, ut primum de textus historia carminisque condicione critica breviter dicam, deinde codi-

cum, quos contuli, copiis patefactis de omnium, qui quidem hodie exstant, mutuis rationibus paucis disseram, denique aliquot ipsius carminis locos pertractem atque emendem.

Ac primum dicendum est de carminis condicione critica.

I.

Longum est et a proposito prorsus alienum editiones, quotquot ad hoc usque tempus prodierint enumerare ac recensere; satis sit commemorare praestantiores rationemque, quam editores in emendando Musaeo secuti sint, paucis describere.

Exeunte saeculo quinto decimo duae prodierunt Musaei editiones, quarum altera Venetiis ab Aldo Manutio curata est, altera litteris quae vocantur quadratis sine loci anni typographi significatione prodiit. Hanc tamen unam esse e quinque illis editionibus, quae Florentiae in officina Francisci de Alopa litteris quadratis descriptae atque ab Joanne Lascari curatae essent, docuerunt Maittaire in annal. typ. I p. 101 et 105; Fabricius in bibl. gr. I p. 127 ed. IV. Harles.; Roeverus in praef. ed. a. 1737. Editio princeps a Roevero et Fabricio habetur Aldina, quamquam nihil constat nisi utramque prodiisse a. 1494. Sed nullo negotio judicare possumus multum eas inter se distare praestantia: quippe cum earum Aldina profluxerit e codice deterrimo, sed ex optimo Lascarina. Illa quamvis scateret mendis omnium quae sequebantur editionum fundamentum erat usque ad H. Stephanum, qui primus ad editionem Lascarinam recensionem suam, quae inter poetas graecos principes heroici carminis prodiit a. 1556, instituit et ita quidem ut ex illa scripturarum reciperet alias, alias aut in margine adnotaret aut prorsus neglegeret. Aliter statuerunt Maittaire, qui l. l. p. 105 adn. 8 nescio qua causa adductus dubitat, num illam viderit Stephanus, et Fabricius l. l. p. 128, de cujus sententia infra dicam. Antea enim, ut utrumque refellam, vetustissimas editiones, quas ille cum satis accurate recensuerit, hic describere supersedeo, breviter me enumerare oportet. Post Aldinam et Lascarinam prodierunt a. 1514 editio

a Demetrio Luca Compluti curata; a. 1515 Juntina prima, cujus non fit mentio in editione Roeveri, qui primam Juntinam a. 1519 juris publici factam significavit — duae enim aliae ex eadem officina prodierunt a. 1519 et 1540 et excipiunt illam; — deinceps a. 1517 Aldina altera, et Coloniensis prima apud Eucharium Cervicornum typis descripta; a. 1518 Basileensis prima a Frobenio curata. Quibus accedit editio a Fabricio non memorata, quae ex aedibus Aegidii Gurmontis Parisiis a. 1507 prodiit atque expressa est ad Aldinam primam. Quaecumque enim illius verba excipiunt inde facile cognoscuntur, quod v. 49 et 142, qui in illa exciderunt, sed in plagulae primae pagina altera additi sunt, omnino omissi sunt.

Omnium harum editionum propaginem familiamque hanc esse suspicatus est Fabricius, cujus ipsa licet adferre verba. „Aldina prima inquit, fons fuit antiquarum Venetarum et Juntinarum; ex altera sive Lascarina fluxisse videtur Complutensis [quod vel Lascaris codices mss. in regiam bibliothecam Matritensem translati sunt vel Hispanis Lascarina ed. notior fuerit quam Aldina] et ex illa Coloniensis prima, ex hac Basileensis prima, cujus filiae factae sunt reliquae, saltem plures Basileenses quorundum minorum poetarum collectiones, quae inertia et tarditate typothetarum in Musaei contextu depravatae multisque locis corruptae aut lectionibus Aldinis inquinatae sunt. Ex Basileensi prima aut alia meliore, quae ad recensionem Lascarinam quam proxime accessit, facta fuerit Stephaniana."

Ingenti est autem errore captus Harlesius eruditissimus — ejus enim sunt verba illa uncis inclusa —, qui quia Lascaris bibliotheca in Hispaniam translata esset Complutensem e Lascarina fluxisse existimavit. Lascaris enim ille, qui Musaei editioni alteri curandae praefuisse putatur, est Joannes Lascaris Rhyndacenus, quem Lilius Gyraldus in primo dialogo, quem de suorum temporum poetis scripsit, non multo postquam Paulus hujus nominis tertius obiit pontificatum, vita decessisse narrat. Paulus autem sedere coepit a. d. III Id. Oct. a. 1534 (cf. Maittaire l. l. I. p. 107 adn. 1). Praeter eum alter fuit Constantinus Lascaris Byzantius, institutionum

graecarum auctor, cujus bibliotheca paullo post a. 1493, quo Messanae mortem obiisse traditur, in Hispaniam translata est. Nihil est igitur causae cur Joannis Lascaris editionem Complutensis fontem fuisse credamus: etenim cum illa prodierit a. 1494, parum credibile est in Constantini bibliotheca fuisse exemplar.

Nec minus fallitur Fabricius, qui ex Complutensi Coloniensem primam et ex hac Basileensem primam fluxisse suspicatus est. Utraque enim textum Aldinarum refert, sed ita ut Basileensis ad Aldinam primam, Coloniensis ad Aegidianam expressa sit. Illam sive Aldinam excipiunt editiones, quotquot vel Basileae postea apud Frobenium, Brylingium, Hervagium, vel Parisiis apud Wechelum prodierunt (cf. indicem, quem perscripsit Fabricius l. l. I p. 129); Coloniensem ea, quae Coloniae a. 1526 curata est ab Jo. Sotero, qui „nonnullis Lascarinam paucis tamen in locis consuluisse“ visus est Roevero. Sunt sane quaedam in hac editione emendatiora velut v. 66 εὕρατο pro volgato εὕρετο; v. 120 ὀκναλέοις pro volg. ὀκναλέως; v. 315 ἠχὴ pro volg. ἡ γῆ, sed eae emendationes tam leves sunt tamque faciles, nihil ut inde certi colligi posse videatur. Si quis tamen Lascarinam his locis inspectam esse persuasum habeat, ei quidem non repugnabo, eum vero haud aegre concessurum existimo Stephani recensionem e Coloniensi illa manare non potuisse.

Cum igitur earum editionum, quae ante Stephanum prodierunt, nulla ad Lascarinam expressa sit, nisi forte aliqua prodierit nondum cognita, id quod longe a verisimilitudine abhorret, dubium esse nequit, quin Stephanus illam adhibuerit primus. Et hanc quidem sententiam optime comprobat summa scripturarum consensio. Quarum si diversae duae adferuntur: v. 105 ἐπέκρυψεν e Lascarina, ἐπέκυψεν e Stephaniana; v. 106 ἐπγεγελόωσα e Lascarina, ἐπεγγελόωσα e Stephaniana, eae dubitari vix potest quin sint alicui errori tribuendae. Alias, quas tenet Lascarina velut v. 111 ἀνέτελλε, v. 145 κεδνά, v. 158 ἀνέπεισεν, v. 161 ἐρυθριόωσαν, v. 320 λιτάνευε, Stephanus, cum non enotaverit, contemptui habuisse videtur. [His de rebus certius judicium me facere non posse valde doleo.

Rarissima est enim editio Lascarina, quam ne Parisiis quidem vidi.]

Ita factum est, ut Stephanus, quamvis ne minima quidem codicum ope adjuvaretur, magna tamen ejecta vitiorum copia suam prioribus editionibus multo puriorem redderet emendatioremque. Post cujus diligentiam a sequentibus editoribus vix praeclari quidquam in Musaeo emendando praestitum est. E Stephani enim recensione derivatae sunt editiones, quotquot ad hunc usque diem prodierunt, quarum praestantissimae sunt H. Kromeieri (Halae Magdeburgicae 1721), M. Roeveri (Lugduni Batavorum 1737) Jo. Schraderi (ib. 1742), cujus editionem denuo emittendam curavit H. Schaeferus Lipsiae 1825, Fr. Heinrichii (Hannoverae 1793), Fr. Passovii (Lipsiae 1810), A. Moebii (Halae 1816), C. F. Lehrsii, cujus recensio prodiit in Didoti collectione scriptor. gr. Parisiis 1840.

Harum editionum summi momenti est editio Roeveri. Is enim nova cura ad Musaeum edendum adgressus cum editiones quotquot adipisci potuit inter easque rarissimam illam Lascarinam, cujus scripturas ei suppeditaverat Ph. Dorvillius, et Aldinam principem*) in suum usum adhibuit, tum librorum manuscriptorum largas bonasque copias sibi paravit. Codices, qui Roevero praesto fuere, hi sunt: codex Vaticanus a Ph. Dorvillio collatus ab eoque, ut videtur, saeculo undecimo adscriptus.

Tres olim in bibliotheca Vaticana exstitisse codices, quorum unus saeculi XIV n. 915 signatus in ipsa Vaticana, duo saeculi XV n. 43 et 179 signati in bibliotheca Palatina fuerint, narrat M. Bandinius in praef. edit. p. 7. Quorum Vaticanus 915 et Palatinus 43 a. 1797 in Galliam translati sunt, ut cognovimus e libro, qui Lipsiae a. 1803 prodiit sic inscriptus „Recensio mss. cod. qui ex universa bibliotheca Vaticana selecti jussu Dni. Nri. Pii VI pont. m. prid. id. Jul. a. 1797 procuratoribus Gallorum jure belli, seu pactarum induciarum ergo, et initiae pacis traditi fuere.“ Illinc Vaticanus ille a. 1814 Romam relatus est, Palatinus vero eodem anno cum reliquis,

*) Editionem Lascarinam et Aldinam principem nondum adhibitas esse falso refert Bernhardy hist. litt. gr. II p. 407 (ed. III.)

qui e bibliotheca Vaticana-Palatina Parisios pervenerant, Heidelbergam remigravit, unde a. 1622 ablatus erat. „Habent sua fata libelli.“ Uterque Palatinus, et qui Heidelbergam relatus est, et qui Romae relictus esse videtur, notus est. Ille enim ab A. Koechlyo collatus est, alter vero, cum duo tantum Palatini exstarent, is videtur esse, quo Casparus Barthius (vide infra) usus est. Hinc elucet non posse Dorvillii codicem alium esse nisi Vaticanum 915. Is autem codex bombycinus est saeculi XIII constatque fol. 158 mediae formae. (Cf. Recensionem illam p. 64). Eidem Dorvillio debetur collatio codicis cujusdam Veneti, quem Bessarionis cardinalis jussu scriptum fuisse a Roevero docemur. Qui quidem codex non potest alius esse quam quem n. 522 signatum saeculo XV in membranis scriptum esse et constare fol. 223 mediae formae perhibent Zanetti et Bongiovanni in catal. cod. mss. Venet. p. 282. — Deinceps copiis trium bibliothecae Bodlejanae codicum Roeverus usus est, suppeditatis illis ab Abr. Gronovio. Hi codices accuratissime describuntur in O. Coxii catal. cod. mss. bibl. Bodlejanae a. 1853 edito I p. 64, 74, 99: ex quo cognovimus esse eos codices 46 50 64 inter libros Baroccianos, qui bibliotheca illa continentur. Codex 46 est „chartaceus in 4to minori fol. 217 saeculi XV exeuntis,“ in quo Musaei carmen cum glossis interlinearibus inde a fol. 200 exhibetur sic inscriptum Μουσαίου τὰ κατ' Ἡρὼ καὶ Λέανδρον. Eadem inscriptione insignitus est codex 64, qui „chartaceus est in 4to fol. 99 saeculi XV.“ Tertius isque et Bodlejanorum et, ut videtur, omnium Musaei codicum vetustissimus, est codex 50. Is est „membranaceus in 4to minori fol. olim 387, quorum septem a 7 scilicet ad 14 inclusive hodie evulsa sunt; saeculo forsan XI nitide exaratus.“ Musaei carmen inde a fol. 322 exstat sic inscriptum Μουσαίου γραμματικοῦ τὰ κατ' Ἡρὼ καὶ Λέανδρον atque instructum est eis scholiis, quae a Jacobo Gronovio excerpta et ab Abrahamo Gronovio secum communicata esse Roeverus narrat. — Hunc codicem ille littera A (signavit enim tres hos codices litteris A B C) signasse videtur, quod e codice A eam carminis inscriptionem, quae in codice 50 est, exscripsit. Hoc longe aliter se habet. Scholia enim, quae e

codice 50 deprompta sunt, in eo, qui littera B notatur, exstiterunt, id quod facile perspicies, ubi ea scholia, quae ad versum 45 et ad versum 95 adscripta sunt, examinaveris. Ex his enim, quorum illud est πανστρατιᾷ σὺν πολλῷ ὄχλῳ τῶν ἐν ἀλιτρεφομένων νήσων, hoc ἐκ τῆς βολῆς τῶν ὀμμάτων ὄλισθον (leg. ὀλισθὸν Abr. Gronov.) ἐμποιεῖται κάλλος, satis dilucide apparet in scholiastae codice fuisse v. 49 ἀλιτρεφέων et v. 95 κάλλος. Quae cum habeantur in B, non in A, in carminis inscriptione notanda a Roevero erratum esse existimem. Cui suspicioni in promptu est eo majorem fidem esse habendam, quod luculentum aliud argumentum accedit. Etenim codices A C tam similes sunt, ut raro inter se dissentiant. Itaque, cum codices 46 64 ejusdem saeculi sint cumque eandem inscriptionem praebeant, dubium esse non potest, quin codices 46 50 idem sint ac Roeveri A B. Ceterum ille utrum littera A, utrum B signaverit, dijudicari non potest.

Praeterea duorum codicum scripturis usus est: alterius Parisini cujusdam in bibliotheca tum regia adservati, cujus scripturas ex editione J. Rondelli Parisiis a. 1701 emissas excerpsit; alterius Palatini cujusdam, cujus collationem, sed usque ad v. 76 tantum pertinentem protraxit e Caspari Barthii Adversariorum l. VII c. 21. (v. p. 8).

Postea, ut his hoc loco defungamur, apparatus qui vocatur criticus posteriorum editorum cura auctus est atque amplificatus.

Schraderus codicis cujusdam collatione, sed v. 118 jam desinente usus est, instituta illa ab Isaaco Vossio, qui illum utrum ipse possederit, an aliunde adsecutus sit, non docemur, nihil ut certi de hoc codice statuere liceat.

Praeterea „editionis vetustae Venetae litteris capitalibus expressae“ scripturas a Nic. Heinsio usque ad v. 79 enotatas adhibuit. Quae quidem editio non alia esse potest quam quae Florentiae prodiit cura Lascaris. Cujus rei fidem duo maxime mihi faciunt argumenta: primum quod praeter quinque editiones Florentinas, quas supra jam memoravimus, nullam umquam litteris capitalibus exscriptam esse constat; alterum quod Venetae illius scripturae ab eis, quas Roeverus e Lasca-

rina excerptas dedit, nisi perpaucis librarii ineptiis non differunt.

Denique Heinrichii cura excussus est codex Theophili cujusdam Lenzii, quem hodie in bibliotheca Gothana servari narrat Passovius p. 179: qui novam collationem ab Ukerto institutam nobiscum communicavit p. 166—68. De hoc codice Heinrichius p. 11 sic „codex est chartaceus nitide et quidem forma chartae quadruplicatae scriptus, qui tametsi quod et scripturae genus novum et chartae habitus nec non atramentum haud ita pridem inductum docent recentissimis demum temporibus cum dudum impressa Musaei exempla circumferrentur exaratus est." Quod si paullo accuratius quam oportebat attigimus, id eo factum est, quod certa conjectura de tempore, quo ille scriptus sit, non destituimur. Continet enim is praeter Musaeum Colluthi carmen de raptu Helenae compositum, cujus talis est condicio, ut, quin ex editione aliqua profluxerit, dubitari prorsus non possit. Quod ut ipse intellegas, eas scripturas, quae magno ad persuadendum momento sunt, hic subiiciam

v. 155 (v. 157 ed. Bekk.) ἀμνήσατα Goth.; ἐμνήσατο rel. cod. Portus scripsit ἀμνήσατο.

v. 213 (217) ἀπὸ δήμου Goth., ἀπὸ δήμων rel. cod., Portus ἀπὸ δήμου.

v. 250 (254) ἐποπτεύουσα Goth., ἐπιστένουσα Ambr., ὀπιπεύουσα Mut., Par. Q., ὀπιπτεύουσα rel. cod. — Stephanus scripsit ἐποπτεύουσα eumque secuti Lectius et Portus.

v. 370 (377) τοῖα παθοῦσαν Goth., αἰνὰ παθοῦσα Mut., τοῖα παθοῦσα rel. cod. Portus scripsit τοῖα παθοῦσαν Brodaeum Stephanum aliosque secutus.

v. 374 (381) ἠερίαι Goth., ἱερίης Voss., ἠερίης rel. cod. Portus scripsit ἠερίαι.

Quae scripturae cum a codice nullo exhibeantur, omnes vero in editione Aemilii Porti, quae cum Iliade Genevae prodiit a. 1629, exstent, eam librario, cum scriberet codicem illum, praesto fuisse nemo infitiabitur.

Sed redeamus ad editores, de quibus pauca restat ut addamus.

Eximiis illis subsidiis quamvis plurimi instructi essent, tamen non sunt adducti, ut codicibus inter se comparatis investigarent, ex quo fonte fluxissent quibusque cognationis vinculis tenerentur singuli ideoque certum emendandi jacerent fundamentum. Sed pristinus et vetustus Stephanianae recensionis usus eos a meliore scriptura investiganda absterruit, ut ne quaererent quidem, num praeter eas scripturas, quas Stephanus ex editione Lascarina in textum recepisset, etiam aliae, quas ille aut in margine posuisset aut neglexisset omnino, codicum auctoritate firmarentur ac commendarentur. Quod si fecissent, facile intellexissent restituendum esse v. 61 χροιὴ e Ven.; v. 145 κεδνὰ e Ven.; v. 206 περιπτώσσοιμι e Vat. Ven. Reg.; v. 275 ἀειδὼν e Vat., Ven., Reg., B; v. 292 ἀγρύπνων e Vat. Ven. B.; v. 301 λύχνου e Vat. Ven.; v. 320 λιτάνευε e Vat. Ven. Id tamen non fecerunt, immo eo progressi sunt levitatis, ut duos versus in Vat. Ven. post v. 330 insertos, quibus ex parte lacunam expleri eos non intellexisse permirum est, non modo non respicerent, sed haberent spurios.

Quod hoc etiam mirabilius debet videri, quia inde a Schradero novum adjumentum, quo vera emendandi via demonstraretur, accessit. Ille enim, cum intellegeret Musaeum summi studio atque industria Nonnum imitatum esse, operam dedit, ut ex ejus carminibus similes paresque locos, quibus Musaei verba illustraret, conferret. Pauca quidem ita ipse mutavit, sed multa, si mutarentur, meliora fore in àdnotationibus timide commemoravit. Nec vero quisquam eorum, qui postea Musaeum ediderunt, in hac via progressus est longius; immo tanta omnium erat negligentia, ut ne rationem quidem haberent orationi Nonnianae*), ex qua una profici plurimum poterat et ad poetae verba emendanda et ad codicum rationem cognoscendam.

---

*) Opera ea ab editoribus neglecta ex parte defuncti sunt duo viri, horum poetarum consuetudinis peritissimi, F. A. Wernickius et Chr. F. Graefius: hic in observationibus criticis in Colluthum et Musaeum Petropoli a. 1818 editis, quae leguntur etiam in Colluthi editione Lennepiana a G. H. Schaefero denuo curata Lipsiae a. 1826; ille in commentario editionis Tryphiodori Lipsiae a. 1819 editae. Et ita quidem hanc

Ita factum vides, ut Musaei carmen, quamvis plus septuagies prodierit, nullius tamen cura umquam ad pristinam integritatem revocatum sit. Et ne posse quidem vitiis liberari videbatur nisi codice aliquo invento, qui eis, quorum copiis editores utebantur, aliquanto esset fide insignior. Ac talem invenit A. Koechlyus, vir Graecarum litterarum admirabili scientia instructus, codicem Palatinum n. 43 signatum, de cujus eximia indole disseruit in priore parte libelli, quod philologis paedagogisque germanis, cum annuum conventum Heidelbergae a. 1865 haberent, edidit. Qui codex quamvis verae vetustatis laudem non habeat — est enim saeculi XV. cf. Fr. Wilken „Geschichte der Bildung, Beraubung und Vernichtung der alten Heidelbergischen Büchersammlungen" Heidelb. 1817, p. 276 sq. et Recensionem mss. cod. procuratoribus Gallorum traditorum p. 77) —, tanta tamen est praestantia et auctoritate, ut omnibus fere locis pristinum Musaei carmini reddat splendorem. Quo nec ego quinque aliis codicibus collatis invenisse profiteor meliorem. Sed ne Koechlyus quidem in codicum tum cognitorum rationes, quae cum inter ipsos tum eis cum libris typis descriptis intercederent, inquisivit. Quod cum satis perspexissem ideoque intellexissem tum demum fore, ut certum emendandi jaceretur fundamentum, si quis qui neglecti jacerent codices conferre omniumque, quorum quidem usus esset, rationes explorare suscepisset, id enisus sum, ut, quantum fieri posset, oblata opportunitate negotium illud conficerem.

II.

Ex quinque illis codicibus, quos ego cum editione Roeveriana, quae in manibus est, contuli, tres sunt Parisini, duo vero Leidenses, quos Lugduni Batavorum ipse inspexi, quo,

---

provinciam administraverunt, ut Wernickius e codicum maxime vestigiis veram Musaei manum eliceret, Graefius autem conjiciendi facultate qua utebatur felicissima scripturas justas bonasque adsequeretur. Horum emendationum quasdam recepit C. F. Lehrsius.

cum paucos dies inter Batavos morarer, itinere flexo perveneram.

Ac primum agendum est de **codice Regio,** cujus nonnullas scripturas discrepantes Roeverus ex editione Rondelli excerpserat. Audiamus ejus verba postremae editionis pagellae adscripta, ut ipse quam notitiam illius codicis habeamus, judices. „Audieram, inquit, exstare in bibliotheca Regia Musaei codicem ms. Curavi, ut ab amplissimo viro D. Carcavio cum editis illum conferendi copia impetraretur. Quod ille qua est benignitate, non aegre concessit. Collatio facta est a viro in graecis litteris multum versato, qui non modo varias lectiones, sed et nonnulla interlinearia glossemata obscuriorum vocum meo rogatu exscripsit, verum ut codex non est admodum antiquus, ita glossemata nil habent reconditae eruditionis et quod editione videretur dignum.“ Codex hic, quem ob hanc descriptionem et ob scripturas a Roevero enotatas, reperire non erat difficile, est numero 2600 signatus chartaceus mediae formae fol. 322, quo Musaei carmen inde a fol. 92 usque ad fol. 99 continetur sic inscriptum: μουσαίου γραματικοῦ τὰ κατ' ἥρω καὶ λέανδρον; et totus codex Michaelis Suliardi cujusdam manu saeculo XV non nitide quidem, at satis bene scriptus est. Litterae jam coeperunt evanescere; i et in hoc et in ceteris codicibus raro vel numquam subscribitur. Codex expertus est correctorem, qui atramento paullo nigriore nec tamen magis quam ipsius textus conspicuo cum glossemata, quorum mentionem facit Rondellus, vel inter versus vel ad marginem adscripsit, tum poetae verba correxit. Et falsos spiritus accentusque correxit et eos, sicubi omissi erant, addidit et ipsum textum vel radendo vel corrigendo emendavit et, quod maximi est momenti, scripturae discrepantias, quas aliunde sane petiit, adjecit. Quarum quia Rondellus non facit mentionem, nescio utrum ipse glossemata habuerit, an Carcavius ille „in litteris multum versatus“ prorsus neglexerit. Has, ne ullam partem officii mei deseram, una cum glossis, quippe quarum exiguus tantum sit numerus, collationi adiiciam, et ita quidem ut quae vel inter versus vel in margine vel in ipso contextu correcta sint, litteris minoribus, ut quaedam

fiat distinctio, significem aut, si hoc fieri non potest, paucis describam, glossemata vero, infra subiiciam. Ceterum ut ipse de Rondelli collatione judicium facias, scripturas ab illo enotatas suo quamque loco licet adferre. Collatio autem haec est:

η
v. 4. ὄπου Rondellus ὄπου.

οι
13. πνῆσιν

14. συνάειδε

οι καὶ
15. σβεννυμένο ὀλλυμένοιο

17. ἀνὰτοξα: accentus a correctore superscriptus.

ῃς
18. ἀμφτέραις πολίεσσιν

εις
20. ἱμερόης

24. πῦρον (sic)

δ
26. δίζεο ἀρχαίης

27. κλέοντα

29. ἀνέδησε: Littera α a correctore in ε mutata.

α α
32. περὶ γείτονι Rond. περιγείτονι. Post hunc versum inseritur versus 188, qui sic habetur: ὦ ἐνὶ ναιετάουσα σὺν ἀμφιπόλω τινὶ μούνη Rond. ἀμφιπόλῳ τίνι μούνῃ. Versus 33 omissus est, sed in margine haec reperiuntur a correctore adscripta

κύπρισ ἄνασσα σαοφροσύνῃ δὲ καὶ αἰδοῖ.

34. συνωμίλησε Rond. idem.

40. φλογερὰν

41. ὡς ἀλέεινε πυρὶ πνείοντας

v. 43. ἀνασηστὸν

44. πασσυδίη

α
45. ναιετάεσκον ἀλίτρεφέων

46. οἶδ᾽: spiritus accentusque uno calami ductu scripti sunt. Sic etiam v. 71 ἧδ᾽, v. 107, 227, 272 ὅδ᾽. Aliis locis, quibus δὲ particula eliditur, accentus desideratur. Pronomen cum μὲν particula junctum nusquam acuitur.

θρα η
47. ἐνὶ πτολίεσσι Κυθείρων

γρ πτερύγεσσι χορεύων
48. ἐνὶ πτυχέσσιν ναίων
Rond. ἐνὶ πτύχεσσι ναίων.

49. περικτιόνων τίς

50. ἐλείπεθ᾽ ἑορτῆς θείης, sed in margine est τὸ τῆμος ἑορ
Rond. ἐλείπεθ᾽ ἑορτῆς θοίης.

ων γέμεν
53. ἀθανάτοισιν ἄγειν
Rond. ἀθανάτοισιν ἄγειν.

ων
54. ὅσσον ἀγειρόμενοι

ην εντος
56. μαρμαρυγὰς χαριέσσας
Rond. μαρμαρυγὰς χαριέσσας.

57. οἶατε

---

v. 3. ἀχλυόεντα] σκοτείαν ἔχοντα — ἄφθιτος Ἠὼς] ἀμετάτρεπτος ἡμέρα.
v. 4. Σηστὸν] τόπος — Αβυδον] τόπος — ἔννυχος] νυκτικὸς ἢ κολυμβητικός.

61\. ἐρυθαίνετο: radendo et corrigendo factum ex ἐρυθραίνετο.

ν ισσομένης: ante e littera una erasa, quae haud dubie ε fuit.

62\. ὡς ῥόδα (καὶ supra scr.)

67\. ὡς

περὶ πολλῶν (ὃν supra scr.)

69\. δύσσατο

70\. ἤρατ' ἔχειν ἑτέρην μούνην δ' ὁμοδέμνιον ἠρῶ, sed in margine est: ν ὃς οὐ μενέαινεν ἔχειν. Rond. ἤρατο ἑλεῖν ἑτέρην μούνην δὲ.

73\. φᾶτο μῦθον

76\. τοίην δ' οὔπωτ' ὄπωπα νεήλυδα (νι supra scr.)

τὴν δ' ἀπαλήντε

In margine est θ' ἀπαλήντε.

81\. ἐν δώμασιν (ι supra scr.)

83\. νέαν (η supra scr.)

ὀπάσσοις: littera antipaenultima a correctore in α mutata.

84\. ἠιθέων τις

85\. ἐπεμηνατο

86\. αἰνωπαθὲς

88\. πυριβλήτοισι (πνεύστοισι supra scr.)

92\. Margini adscriptum est γνώμη.

95\. χάλλος (ἕλκος supra scr.) Rond. χἄλκος.

101\. ὀπιπτεύων

104\. ἐν ἠσυχία (η supra scr.)

105\. ἐπέχυψεν ὀπωπὴν

106\. ἀπαγγέλλουσα: alterum λ a correctore erasum et in ε mutatum.

111\. ἀνέφαινε (τειλε supra scr.)

114\. ἠρέμα δὲ θλίβων Rond. idem.

115\. ἡ δὲ

116\. οἶατε χωμένη (ο supra scr.)

118\. θαρσαλέη παλάμη (ος supra scr.)

εἶλκε

120\. ὀκναλέως (οις supra scr.)

121\. οἶαπερ ἀνενήκατο

123\. παρθένον (ος supra scr.)

127\. ἀμήχανον ἐστὶν

128\. παρθενικῆσι

129\. ἐπεὶ κλύεν] ὅτ' ἔκλυεν

οἶστρον ὀπωπῆς (ἀπειλῆς supra scr.) Rond. οἶστρον ὀπωπῆς.

131\. ἀπειλείωσι] ἀπεχθαίρουσι (πειλείουσι supra scr.) Rond. ἀπεχθαίρουσι.

132\. αὐτάγγελοί εἰσιν: sic ab altera manu correctum; antea fuit αὐτάγγελοι εἰσὶν.

133\. εὔοδμον ἴδ' εὔχροον (εὐ supra scr.)

χύσσας

5\. νηχόμενον] κολυμβῶντα — 9. ἐννύχιον] νυκτικὸν — ὁμήγυρον] ἄθροισμα πλῆθος — 10. καί μιν] αὐτὸν τὸν λύχνον — 20. ἱμερόεις] λάμπων καὶ ἐπιθυμῶν — ἔην] ἦν — 21. ἔναιεν] κατοικοῦσα — ἀβύδου] κατοικῶν — 23. ἴκελοι] ὅμοιοι — 89. ἄμμορος] ἄμοιροι ἀμέτοχοι ἢ κακόμοιροι ἀμοιρῆσαι ἀποτυχεῖν: —

ου ο
134. πόθω βεβλημένος οἴστρου

ησιν ξιν
136. ἐπιχθονίων ἴσην — γυναικῶν Rond. ἐπιχθονίων-γυναίκων.

141. μετέρχου

142. μυστηπώλε

143. ὑποδρήσειν 'Αφροδίτη

144. ἢν δὲ θελήσης

καὶ ὄρ
145. ἴδ' ὄργια κεδνα

θ
147. δεσμὸν

ἤ
149. ἄγρευσεν

ὸς
150. θοῶς

151 et 152 omissi sunt, sed exstinctis fere litteris in margine leguntur ita

θητεύειν ἐκόμισε ἰαρδανίη ποτε νυ σοὶ δέ με Κύπρις ἔπεμψε καὶ οὐ σοφὸς ηγ

Extremus codicis margo cum bibliopegae manu non nimis cauta violatus sit, hic ut alibi singulae litterae syllabaeque desiderantur.

παρθένος οὐσ' ἐ
153. πάντωσ δ' οὔ σε λέληθεν

λ
155. χοωσαμένης

A correctore margini adscriptum est epigramma Antipatri, quod legitur Anthol. Pal. VIII. 666

οὗτος ὁ λειάνδροιο διάπλοος· οὗτος ὁ πόν [του]
πορθμός, ὁ μὴ μούνῳ τῷ φιλέοντι βαρύ [ς].
ταῦθ' ἠροῦς τὰ πάροιθε ποτ' αὔλια, τοῦ [το τὸ πύργου]
λείψανον. ὁ προδότης ὦδ' ἐπέκειτο λ [ύχνος].
κοινὸς δ' ἀμφοτέρους ὦδ' ἔχει τάφος, εἰσ [έτι καὶ νῦν]
κείνῳ τῷ φθονερῷ μεμφομένους ἀνέμῳ.

ἀνέπ
158. παρεπεισεν ἀναινομένην: littera ultima a correctore in σ mutata.

η ος
160. παρθενικὴν δ' ἄφθογγον

161. omissus est, sed in margine leguntur haec

υθιόωσαν ὑποκλέπτουσα παρειὴν

εν
162. ἔξεσεν

163. συνέεργε

164. ταῦτ' ἐστὶ προάγγελα. In margine autem est αδε πάντα.

165. ὑπόσχεσις ἐστὶ

ϊ πτοίητο
168. κάλλεα—ἀνεμπέπλητο

ιναις
174. πέτραν δρύνοις

---

90. ἀέξετο] αὔξετο — 92. περίπυστον] ἐξάκουστον — ἀμωμήτοιο] χωρὶς ψόγον καὶ μῶμον — 93. μερόπεσσι] τοῖς ἀνθρώποις — πέλει] ὑπάρχει — 98. ἀπενόσφισεν] ἔκλεψεν — 99. ἀγαπάζων] τὸ ἀρκεῖσθαι τινὶ καὶ μηδὲν πλέον ἐπιζητεῖν — 100. ἠρέμα] ἡσύχως — 101. ὀπιπτεύων] βλέπων ἐλέλιξεν ὀπωπὰς] ἔστρεφεν ὀφθαλμούς — 102. παραπλάζων] ἐξαπατῶν — κούρης] κόρης — 103. ὡς ξυνέηκε] ὡς ἐννόησεν — 104. ἀγλαΐῃσιν] καλλωπισμοῖς — 109. ἑδίζετο] ἐδιδάσκετο —

γ
177. πῶς ἄρ ἀλήτης
178. ἄπιστος: littera ι a correctore in υ mutata.
ῆ
ἐμοὶ
180. ἣν δὲ θελήσης
183. Margini adscriptum est γνώ-[μη.
σέο ην
185. καί τεὰν πάτραν
χω
186. ἐμοὶ
188. ἐνὶ
α
189. σηστίδος
191. ἔασσιν
192. παρέασσιν
η ρ η
194. ροδέαν ὑπὸ φάρει κύπτε παρειὰν
ο
196. βεβλημένος
σας
198. αἰολόμητιν—δαμάζει
In margine γνώμη.
ἕλκος
199. ἄχθος
ο
200. πανδαμάτωρ
τότε
201. ποτὲ
202. ἔννιπε] ἤνιπε
μετα
205. τεὴν μεν εὔμενος
206. βαρυγδούποιο] περιπτώσσοιμι Rond. idem.
κ δψομαι
213. καί μιν ἐποπτεύων οὐ βλέψω Rond. ὑποπτεύων οὐ βλέψω.
214. ὡρίωνα
216. βαρὺ πνείοντας
217. ἀποσβέσωσι
εἰ
219. ἢ ἐτεὸν δὲ θέλεις

ου σσ
223. λύχνον—φυλάττειν
224. ἡ μὲν φαος
225. ἀνύσαντες] ἀνέσταντες
βαλὼν πύργῳ
228. μήτοι—λαθὼν σημήια ἔργα Rond. λαθὼν σημήια.
229. ἐσ εὐρέα: ἐσ ab altera manu factum ex ἐπ', quod primo fuit.
ων
230. παννυχίη
231. ἠρήσαντο: alterum η a correctore mutatum in α.
235. ἀνέμιμνεν φαινομένων
τὲ
237. εὐνῆς δὲ
δ'
238. ὡς ἴδε
δὲ
241. καιομένω συνεχαίετο
244. προλέλεκτο: corrector mutavit in προσέλεκτο.
245. ἀλλὰ θαλάσσησ: littera ultima ab altera manu addita.
μυχον
246. ἐνδόθι πῦρ. Ab ipso librario ita correctum esse videtur.
247. λαζεο παρ ἠραδίῃ. In margine autem est πῦρ κραδίη.
248. εἰς φιλοτητι: ι a correctore mutatum in α.
251. πέπλα
η
252. ἀμφοτέραις
254. ἀεὶ: post α inseruit corrector ι.
257. λεσταλέῃς αὔρησιν. In margine scriptum est evanescentibus litteris γαλέῃς. Rond. λεγαλέης δ'αὐρήσιν.

260. πῦργον

    περι
261. προσπτύξασα

263. παρθενίωνος

264. χρῶα

καθειρε: altera manus correxit κάθηρε.

ἐλαίφ: φ ab altera manu additum.

    πν
265. ἀλίπλοον

267. φιλόνορας

268. μογήσας

    οι
μὴ πάθε

269. μογήσας

    τ
270. ὀδμὴ δ'

271. ἱδρῶτας — περικατάθεο

272. μήτρην

273. κυθερίης

    ευ
275. οὐ ζυγίην ἱερήν τις ἐπεφήμησεν ἀείδων

Rond. ἀείδων.

    ϊ
276. δάδων ἤστραπτο: littera ο a correctore mutatum in ε.

    ἐπεφήμησε
277. ἐπεσκίρτησε

    σε
278. ἄειδε Rond. ἀείδε.

    σ
279. λέγχος στορέσασα τελεσιγάμοισιν

281. ἀηδομένων

    οι
282. νὺξ μὲν αἴην κοίνησι

283. ἀριγνώ τοις: ante τ una littera erasa.

285. ἀκόρυτος: sic ab altera manu correctum ex ἀκωρυτος.

287. ἡματιη: a correctore mutatum in ἡματίη.

    α τ θέ
288. ἠρήσαντο καθελκέμεν εἰς δύσιν

289. ώς

    ἀλλήλων
292. ἀγρύπνων

    σ
294. πολυστροφάλιγγα

298. ἀπέκλασε] ἐπέκλυσε

Rond. idem.

300. χειμερίη σε

    λύχνου
301. πύργου

    ὤ
304. ὄφελε

    α
306. ἀστέρε

307. βιήσαντο

    τε
309. εὖ μαλιστα

    αι
310. ἀκοντίζοντας ἀῆτας

Rond. ἀκοντίζοντας ἀήτας.

    πτουσιν
311. ἐμπιπρυσιν ἐπὶ ῥυγμῆνι

    ε
312. λειανδρός περ

    σύγχυ
314. σύνθετο

315. ἠχή: sic ab altera manu correctum ex ἡ γῆ. Rond. ἠχή.

    εὖρος
316. ἔρρως

317. ἐφέηκεν: ab altera manu mutatum in ἀφέηκεν.

318. ἐρισμαρά δοιο: ante δ una littera erasa, quae haud dubie γ fuit.

319. αἰνοπαθεὶς δὲ λείανδρος ἀκηλίτοις ἐν ἀδείναις

320. πολλάκι μιν λιτάνευε: μιν ab altera manu mutatum in μὲν.

321. ποσειδάονα

323. ἀλλ' οὔτις (superscript: ά οἱ)

324. ὁρμῇ ab altera manu ex ὁρμὴ factum.

325. τυπτόμενος πεφόβητο (superscript: θρυ ρ)

326. ἀκοιμήτων] ἀκινήτων

330. πολυπλήτοιο

331. εἰσέτι διθύνοντος ἐπ' ἀγρυπνίῃσιν

332. πολυκλαύτοισι: radendo factum ex πολυκλαύστοισι.

333. ἴδεν νυμφίον

334. πάντοθι δ' ὄμματα τίταινε ἐπ' εὐρέα: a correctoris manu (superscript: ἰσ, εὐ) etiam πάντοθι in πάντοθε mutatum.

335. ἀλώομενον παρακοίτην: sic ab altera manu correctum ex ἀλώμενον παρακοιτιν.

336. χριπίδα: in χρηπίδα mutatum ab altera manu.

337. ἔδρακεν ἀκοιτιν: ab altera manu mutum in ἀκοίτην.

338. δαιδαλέον: ab altera manu correctum ex δαιδαλαίον.

340. καὶ δ' ἡρὼ τέθνηκε σὺν ὀλλ. (superscript: δ) Rond. σὺν ὀλλυμένῳ.

341. ἀπὸ ναντο (sic.) (superscript: ώ)

τέλος τοῦ ὑμέναιος κατ' ἥρω καὶ λεανδρον.

Propior quaedam ratio cum hoc codice intercedit tribus aliis, quorum, cum nisi perraro et rebus quidem levissimis inter se non dissentiant, collationes addere licet conjunctas. Sunt autem hi: **codex Parisinus** bibliothecae imperialis **2763,** olim Colbertinus, chartaceus mediae formae saeculo XV bene scriptus, quo continetur Musaeus inde a fol. 130 usque ad fol. 135. (Cf. catal. II. p. 550). **Codex Parisinus** ejusdem bibliothecae **2833**, olim Mediceus, membranaceus mediae formae fol. 214 saeculo XV exeunte elegantissime scriptus, quo Musaeus continetur inde a fol. 86 usque ad fol. 91. (Cf. catal. II. p. 559). **Codex Leidensis XVIII 74 C.**, membranaceus mediae formae fol. 111 saeculo XV bene scriptus, quo continetur Musaeus inde a fol. 106 usque ad fol. 111 (Cf. Geelii catal. librorum, qui inde ab anno 1741 bibliothecae Lugduni-Batavorum accesserunt p. 11).

In tribus his, qui eadem fere aliorum poetarum carmina comprehendunt velut Theocriti bucolica, Hesiodi opera, Homeri hymnos, Moschi amorem fugitivum, Musaei carmen sic inscribitur μουσαίου τὰ κατ' ἡρὼ καὶ λέανδρον, desinit autem in v. 245.

Totam hanc codicum familiam littera α notare licet, singulos autem ita ut Parisinum 2763 littera a, Leidensem b, Parisinum 2833 c signemus.

Scripturae discrepantias enotavi has:

1. ἐπὶ μάρτυρα b c
3. ἄφιτος c
4. ὅπου a b c
6. ἀφροδίτην a
9. εἰς a b c
14. μίαν συνάειδε a b c
17. γείτονες εἰσὶ a b c
ἀνατόξα a b c
18. ἀμφοτέραις a b c
22. πολήων a b c
23. ἴκελοι a b c
εἴ ποτὲ κεῖθι b εἴποτ᾽ἐκεῖθι c
24. πῦργον a b
26. δ᾽ om. a b c
27. κλεάνδρου c
29. ἀνέδησε a b c
32. ἀπὸ a b c
περὶ γείτονι a b c
33. Totus versus desideratur in a b c, sed pro eo reperitur v. 188 ὦ ἐνὶ ναιετάουσα σὺν ἀμφιπόλῳ τινὶ μούνη.
34. συνωμίλησε a b c
37. ζηλήμονες εἰσὶ a b c
40. φλογερὰν a b c
44. πασσυδίη a πανσυδίη (σ supra ν) b πανσσυδίη c
ἦμαρ c
45. ἀλιτρεφέων a b c
46. οἶδ᾽. Similiter v. 70 ἦδ᾽, v. 107 et 227 ὅδ᾽ a b c
47. Κυθείρων a b c
49. τίς a b c
50. φριγίης c
53. ἀθανάτοισιν ἄγειν a b c
54. ἀγειρόμενοι διὰ a b c
56. μαρμαρυγὰς χαριέσσας a b c
61. χροιὴν—ἐρυθραίνετο a b c
νεισσομένης δὲ a b c
66. ἀτρεκέων c
67. ἀριστεύσατο c
70. ἠρᾶτ᾽ ἔχειν ἑτέρην μούνην δ᾽ὁμοδέμνιον a b c, nisi quod in b est μόνην.
73. μῦθον a b c
75. ἦχι a b c
76. τοίην δ᾽οὔποτ᾽ ὅπωπα νεήλυδα τὴν δ᾽ἀπαλήντε a b c, nisi quod in c οὔποτ᾽ ita scriptum est, ut altera littera o in rasura sit.
78. οὐκ a
ὀπωπῆς c
82. τὴν ἱέρειαν a b c
83. νέαν—ὀπάσσοις a b c
87. φρένει c
88. πυριπνεύστοισι] πυριβλήτοισι a b c
90. ἀκτίσιν a b c
95. ἕλκος] κάλλος a b c
98. ἀπονόσφισεν a c
ἀπὸ νόσφισεν b
101. om. a b c
102. om. a b c

104. χαῖρ' ἐπ' ἀγλαΐησιν a b c
ἡσυχία a b c
105. ἀπέκρυψεν] ἐπέκυψεν a b c
ὀπωπὴν a
106. ὑπαγγελέουσα] ἀπαγγέλλουσα a b c
107. ἔνδοθι] ἔνδοθεν a b c
114. μὲν] δὲ a b c
117. ἐρατὴς b c ἐρατῆς a
118. θαρσαλέη παλάμη a b c
120. ὀκναλέως a b c
121. ἀνενήκατο a b c
λ
125. ἀποειπε (sic) b
ἀπόλειπε a. λ autem nigriore atramento insertum est.
γεννητόρων a c γενητόρων b
127. ἀμήχανον ἐστὶν a b c
129. λέανδρος ὡς ἔκλυεν οἶστρον ὀπωπῆς a b c
131. ἀπειλείωσι] ἀπεχθαίρουσι a b c
132. αὐτάγγελοι εἰσὶν a b c
133. εὔχροον a b c
134. τοῖον] τὸν b c
πόθω βεβολημένος οἴτρου a b c
136. ἐπιχθονίων ἴσην—γυναικῶν a b c
138. ἢ om. a b c
141. μετέρχου a b c
142. μυστηπόλε a b c
143. ὑποδρήσειν 'Αφροδίτην a b c
144. ἢν δὲ θελήσῃς a b c
145. πιστὰ] κεδνὰ a b c
148. ἢν c
παράκοιτιν a b c
149. ἄγρευσεν a b c
ἑοῖς c
150. θοῶς a b c
151. θητεύειν ἐκόμισεν ἰαρδανίη ποτὲ νύμφη a b c
152. ἔπεμπεν a
154. φεῦγεν a b c
In a margini adscriptum est μειμαλίωνος.
155. χωσαμένης a b c
158. ἀναινομένην a b c
159. ἐρωτόκοισι a b c
160. παρθενικὴν δ' ἄφθογγον a b c
161. ἐρυθρόωσαν a b c
162. ἔξεσεν a b c
163. ἀμφ'] ἀφ' a
ἑὸν συνέεργε a b c
164. τάδε πάντα] τάδ' ἐστὶ a b c
165. ὑπόσχεσις ἐστὶ a b c
o
166. κέντρων a
o nigriore atramento superscriptum est cf. v. 125. 168.
ε
167. θέρμαιτο c
168. κάλλεα a b c
ἀνεποίητο b c; in a τ nigriore atramento insertum est.
169. ἔχε νεύουσαν a b c
174. πέτραν ὀρύνοις a b c
175. δίδαξε a b c
176. ἐκόμισεν a
177. γὰρ om. a b c
178. ἄπιστος a b c
179. δυνάμεθα a b c
ὁσίοισι] ὁμοίοισι b
πελάσαι a b c
180. ἢν δὲ θελήσῃς a b c

184. τριόδεσσιν a b c
185. σέο] τεὰν a b c
188. ἐνὶ a b c
189. σηστίδος πρὸ πόλιος a b c
191. ὁμίληκες b
ἔασσιν a b c
192. παρέασσιν a b c
ἀνανύκτα καὶ ἠῷ a b c
194. ῥοδέαν — παρειὰν a b c
κρύπτει a c
196. βεβλημένος a b c
198. αἰολόμητιν a b c
δαμάζει] δαμάσας a b c
199. ἕλκος] ἄχος a b c
201. τότε] ποτὲ a b
τότε vel ποτὲ om. c
206. βαρυγδούποιο] περιπτώσσοιμι a b c
209. πόληος] πόλιδος a b c
213. καί μιν ἐπιππεύων a b c
214. ὡρίωνα a b c
215. ὅρμον] ὅλμον b
217. μὴ] καί a b c
ἀποσβέσωσι a b c
ὀλέσω a b c
219. εἰ ἐτεὸν δὲ θέλεις a b c
223. φυλάξειν] φυλάττειν a b c
224. φῶς] φάος a b c
227. πῦργον a b c
228. βαλὼν] λαθὼν a b c
πύργου] ἔργα a b c
229. ἐπ'] ἐς a b c
230. παννυχίην a b c
235. φαινομένων a b c
237. τε] δὲ a b c
238. δ' om. a b c
λεπτοφεγγέα a b c
241. θαλάσσης a
243. τοπρῶτον] πρῶτον a b c
244. τοιοῖσι προλέλεκτο a b c
παρηγόρεων c
245. ἀλλὰ] ἄλλο a b c

Versus qui sequuntur absunt a codicibus, sed in codice a, quo carmen in folio 135 verso desinit, legitur in folio 136 e regione versus 245 hic versus τοιάδ' ἐρωμανέεσσιν ἄεθλ' ἀπόκειτ' ἀιζηοῖς.

Parum proficeret, qui propiorem horum codicum cognationem conaretur investigare. Vix enim quidquam lucri ex eis in emendationem Musaei redundat Regio illo explorato, quocum ei ita consentiunt, ut, quin ex eodem fonte fluxerint, prorsus dubitari non possit (Cf. v. 33, 70, 76, 131, 155). Trium horum codicum miro inter se consensu excellentium familiae Caspari Barthii „membranas Palatinas" adnumerandas esse persuasum habeo. Earum enim scripturae mire conspirant cum illorum discrepantiis. Documento sint v. 22 πολήων, quod est in a b c; v. 44 πανσσυδίη, quod est in b c; v. 70 ἠρᾶ τὲ χεῖνε τέρην μούνην δ'ὁμοδέμνιον, quod est in

a c. Omnium vero gravissimum argumentum est, quod suum Barthius codicem ηρω constanter cum spiritu leni praebuisse dicit, quod idem in tribus illis codicibus esse adfirmo. Incertum tamen est, desieritne Barthii codex versu 245 una cum ceteris, an fuerit integer.

Ceterum hic ut, quae ad hanc pertinent familiam, eis omnibus defungar, unum restat ut addam. Vestigia codicis ad hanc familiam propius accedentis deprehendisse mihi videor in Andreae Papii editione Antverpiae a. 1575 publici juris facta. Is enim „varias nonnullas lectiones exemplaris manu scripti a Gulielmo Cantero secum communicatas se habuisse“ adnotavit ad v. 169, ubi ὀπωπὴν pro volgato ὀμίχλην restituit. Qua e scriptura codex ille qualis fuerit colligere vix possemus, nisi hanc Papii adnotationem haberemus extremo carmini adjectam „ad finem opusculi, inquit, accesserat versiculus hic in exemplari, quod Gulielmus Canterus cum suo contulerat, sed adscititius sine dubio: τοῖαδ' ἐρωμανέεσσιν ἄεθλ' ἀπόκειτ' ἀιζηοῖς.“ Jam quoniam idem versus est etiam in a, neminem, ut opinor, fugiet inde quid colligi possit. Etenim hunc versum ad totius carminis finem in Canteri codice accessisse si verum est, de qua quidem re teste Papio dubitari nequit, ex illo si non omnes, at Regium exscriptum esse cum aliqua veri specie contendam.

Quintus codex, quem ego cum editione Roeveri contuli, Lugduni Batavorum inter Isaaci Vossii codices mediae formae adservatur et signatus est n. 59. (Cf. Catalog. univers. Lugd. Bat. a. 1716 p. 398). In fronte hujus codicis scidula glutine inserta est, qua A. Holderum Musaei carmen in usum C. Diltheii mens. Septbr. a. 1867 contulisse docemur. Qui vir doctissimus utrum codicis illius copiis usus sit, an uti voluerit nescio: cum tamen triennio fere interjecto nihil in lucem ediderit, quo eas nobiscum communicaverit, meum esse putavi collationem meam in eorum, quibus haec studia cordi sunt, usum evulgare. Codex est chartaceus saeculi XV, in quo Musaeus inde a fol. 80 usque ad fol. 87 exhibetur et sic quidem litteris majusculis inscriptum ΜΟΥϹΑΙΟΥ ΤῸ ΚΑΤ' ‛ΗΡῺ ΚΑῚ ΛΈΑΝΔΡoΝ. Nitide quidem ille, sed a librario rudi et

imperito, qui ne verbum quidem graecum videtur nosse, scriptus est. Quaecumque enim sunt mendorum genera, ea inveniuntur, ut discrepantiarum, quibus nullus fere versus vacat, tanta sit multitudo, ut, si omnem earum, futilium plerumque, effundere velim farraginem, verear, ne totum carmen transcribam. Neque solum falsi et accentus et spiritus, si qui sunt omnino, ubique occurrunt, sed etiam in quoque fere versu sunt verba vel in partes dirempta vel ex aliorum partibus conflata, ita ut Vossianus e codice fluxisse videatur continuis verbis scripto. Pauca sint documento exempla, quae cum omnia enotare nec vellem nec pro temporis angustiis possem, hunc in finem excerpsi:

v. 23. ἀλλήλοισ σὺ δείποτε κεῖθιπερ ήσεις
v. 32. περὶ γείτονιν αἰε θαλασση
v. 48. ἐνίπτερυγεσσι χορευῶν
v. 68. κυπριδος ἀρήτειραν ἐηδιεφαίνετο κυπρις
v. 126. κυπριδος ούσοι ἔοικεθεης ἱερείαν ἀφασσειν
v. 172. γλυκερηναν ἐν εἴκατο φωνὴν

Vocales ante vocales non eliduntur velut v. 12 τὲ εφύλαξεν; v. 14 ἀλλὰ ἄγε; v. 17 δὲ ἀνατόξατι τεινῶν; v. 293, ἀλλὰ ὅτε; v. 210 ἀπὸ ἠλιβάτου ἔσο πύργου et alia plurima. — Nonnulla menda eadem manus correxit.

Nihilominus tantum abest, ut codicem inspexisse me pigeat, ut in eum incidisse mihi gratuler. Tam eximiis enim ille dotibus ea vitia compensat, ut in optimorum numero habendus sit: Quam ob causam, quaecumque momentum habere videntur, commemorabo.

1. ἐπὶ μάρτυρα
4. ὅπου
6. ἀφροδίτην
7. ἠροῦς νυκτιγάμοιο νυμφοστόλον ἄστρον ἐρώτων
10. Alterum hemistichium est νυμφόστολον ἀγγελιώτην.
12. ἀκοιμήτων] ἀκριμήτων
13. Omissus est, sed in margine reperitur ita scriptus
πρὶν χαλεπὸν πνοιήσιν ἀήμεν ἐχθρὸν ἀήτην.
14. μίαν συναει δὲ
15. Margini rubris litteris adscriptnm est διήγησις.
17. ἀνατόξατι ταινῶν

18. ἀμφοτέραις πολήεσσιν
23. ἀλλήλοις
25. ἡγεμόνευε. ευε est in rusura.
28. λέανδρος
29. ἀνέδησε
31. ἦν] ἔην
32. παρὰ] περὶ
Post hunc versum insertus est versus 188 ὧν ἐν ἵναι ετάουσα σὺν ἀμφιπόλωτιν ἱμούνη.
33. σαοφροσύνῃ δὲ] ἐπιφροσύνητε
34. ἀγρομέναισι μεθωμίλησε γυναιξὶ
39. πολλάκι] πολλάιη
41. πυρι πννείοντας
42. κυπρείη πανδήμισι
44. πασσυδίη δὲ σπευδον ἐς ἱερὸν ἥμαρ ἱκέσθαι
45. ναιετασκον (sic) (α above)
ἁλιτρεφέων σφυρὰ νηῶν
49. περι κτυόνωντις
51. ἢ γὰρ ἐκεῖνοι
52. ὁμαρτήσαντας
53. ἀθανάτισιν ἄγειν (ο above)
54. ἀγειρομένων] ἀγειρόμενοι
56. μαρμαρυγὰς χαριέσσας ἀπειστάπτουσα
57. οἷα τε
Margini rubris litteris adscriptum est ἔκφρασις Ἡροῦς.
58. χιονέης φοινίσσετο κυκλα παρειων
59. ἐκ] αἱ
τάχει
61. χροιὴ
νισσομένας
62. καὶ] ὡς
64. τὶς
69. ἀπαλὰν
72. εἶχε καλ'ὄμματα
75. ἦχι
76. τοίην δ' οὔπω πανεην δαναχνθτι ἀπαλήντε. Margini adscriptum est ὅπω.
77. καὶ] ἢ
83. ὀπασσοις
84. ἠιθέων τις ἐφανεεν
87. ἔθελει
88. πυριπνεύστοισι] πυριβλήτοισι
90. ἀκτίσιν
91. ὁρμὴ
92. Margini adscriptum est γνώμη.
95. ἕλκος] κάλλος
97. εἶχεν ἀλαναι
100. ἠρέμα σσὶν ἔβη καὶ ἀντίος (sic).
103. ὡς συν ἐηκε
λεάνδρον
104. ἡσυχία
106. ὑπαγγελέουσα] ἐπαγγέλλουσα
111. ἀνέτειλέβαθυσκιος pro ἀνέφαινε βαθύσκιος.
115. ἐστεν αχιζεν
116. οἷα τε
ῥοδέην] ῥαδίην
117. χαλίφροναν δέματα κούρης
119. ἔσχατα] ἐσχατι ἡ
120. ὁ ναλέοις
121. οἷαπερ
125. γυνετήρων
127. ἀμήχανον ἐστὶν
128. ἐπείλησεν—παρθενικῇσι

129. ἐπεὶ κλύεν] ὡς κλύεν
131. ἀπειλείωσι] ἀπειλήσουσι
132. αὐταγγελοι εἰσὶν
134. μύθον
πόθων βεβολημένος οἴστρῳ
136. ἐπιχθονίης ἴσην
139. ἥ σε λόχευσε
140. ἡμετερον (ω supra)
141. μετέρχεο] μετ ἔργει
142. μυστηπόλε
143. ὑποδρήσαν ἀφροδίτην
144. ἣν δὲ θελήσης
145. ὅρκια
148. καὶ] καλ
149. τόν σοι] τού τοι
150. ὡς] σῦς
ἡρακληάθὸς pro ἡρακλῆα θοὸς.
151. ἰαρδανίην ποτένυμφην
Margini adscriptum est ἰαρδανίη.
154. εὐνὴν] ἀνὴρ
155. ἀροδίτης
158. ὡς εἰπωνὰν ἔπεισεν ἀναινομένην
159. ἐρωτοκέοισι
162. ἔξεεν ἄκρον] ἐξαγεν ἀβρὸν
163. ἑὸν] ἀβρὸν
συνέεργε
165. ὑπόσχεσις ἐστὶ
168. ἱμερόεντοσαν ἐποίητο
170. ἐρωμανέσσι
172. δὲ] καὶ
173. ἔραθος
178. ἄπιστος
180. τοκεῦσιν
181. πολύφευκτος
182. δυνασαιτο κόεσσαν
186. ἐμοὶ] ἔχω
189. ὄχθαι
191. χορειαν
193. ἠνεμόφωνος] ἠνεμόεντος
194. παρειὰν
198. ἄνδρα γὰρ] ἄνδραις ἀρ
199. ἀκέσσατο
200. βροτοῖσι
202. ἀραστήσας
205. μετανεύμενος] μαντεύομενος
εὐνὴν om.
206. βαρυγδούποιο] περιπτήσσοιμι
207. ἀλλ' αἰεὶ] ἀλλὰ
ὑγρὸς] ἱερὸς
210. σέο] ἔσο
215. γλύκην
219. ἐιδἕ τεὸν ῥ'ἐθέλεις
221. ἔθελον pro συνέθεντο
223. φυλάξειν] φυλασσειν
224. φῶς] φαος
225. ἀνύσαντες] ἀνήσαντες
228. μήτι] μὴ δὲ
βαλὼν] βαιων
230. παννυχίη δὸ ἄρων
232. ἤδη] ἠδὲ
234. παρ' ἠϊόνεσσι] παρηιόνα
236. πολυκλαύτοιο
237. εὐνῆς τε] ἀνής δὲ
241. λυχνω δὲ καλομένω
247. πῦρ om.
249. ἀγνώσσεις] αγρώσεις
251. ἀπεδείσατο πέπλα
252. ἀμφοτέραις παλαμαισιν ἑωδ' ἐσφίγξ το πέπλω.
Ad marginem adscriptum est χαρήνω.
255. νῆυς] ν

257. ὅθεν] ὅθι
259. ἀκτήν] ἀ. Cum hic et v. 255 una tantum littera inveniatur, aut marginem archetypi hic violatam fuisse aut librarium vocabula legere non potuisse apparet.
260. θυράων] πυλαων
263. παρθενίωνος
264. χρόα] χρέα
δέμας] δὲ μαν
265. ἁλίπλοον ὤλεσεν ὀδμήν
267. φιλήνοβας
ἴαχε] ἔσχετο
268. ἃ μὴ πάθε] ὅσο ὕπαθε
270. τ'] δὲ
272. ταύτ εἶπεν
275. Ἥρην] ἰδρὴν
ἀοιδός] ἀειδων
276. δάδων
εὐνὴ
277. ἐπεσκερτησε
278. ἄειδε
279. στορέσασα] φρασασα
τελεσιγάμοισιν
280. ἀνυμφοκόμησε
282. κοίνοισι
283. λέκτοις
288. ἐσσύσιν
289. ἀνάγκην] ἀνείκην
292. ἀλλήλων] ἀγρύπνων
294. δονόεσσα πολυστρόφιγγας
ἀέλλα
296. χεμέριοι] χειμερίον
πννείοντες. Idem v. 309.
298. ἀπέκλασε] ἀπέκλυσε
299. ἀλισκάζων
301. δέ σε πύργου] δὲ ἐπύργου
302. φαεσφόρον
303. ὤτρυνεν] εἶτρυναν
304. ἄπιστοι
305. λέανδρον
307. θελγομένην δὲ
310. ἀῆται] ἰωὰς
312. λείανδρος παρ
315. ἠχὴ] ἡ γῆ
317. ἐφέηκεν
318. ἀλύαστος
ἐρισμαράδοιο
319. ἀκηλήτοις] ἀκοιμαίτης
320. πολλάκι μιν λιτάνευε
322. βορέης ἀμνήμονε
323. ἀλλά οἱ οὔτις ἄρηγεν] ἀλλὰ οὐ τις ἄμυνεν
324. ἀγρομένοι διασκέι κύματος
326. παλαμαίων
328. ποτὸν] πόντον
ἀμαιμεικέτου
330. πολυπλήτοιο] πολυπλάγκτοιο
331. εἰσέτι δηθενόντος ἐπει
υπννείαισιν ὑπωπαῖς
332. πολυκλαύστοισι
333. ἴδεν
335. εἶπυ ἐσσα θρήσειεν
337. ὅτε σέδρακεν ἐκρασ ἀκοίτην
338. δαιδάλαιον
340. καδδ'] καὶ δὲ
ἐπ'] σὺν

Hunc codicem eundem esse ac Schraderi Vossianum olim me putavisse fateor, sed, quo longius in eo excutiendo et

examinando progressus sum, eo certius cognovi esse eum ab illo prorsus diversum. Et maxime differunt quidem v. 9, ubi in Schraderi Vossiano est ἐφ, in Leidensi ἐς; v. 101 ἔληξεν in illo, ἐλέλιξεν in hoc; v. 114 δὲ in illo, μὲν in hoc; v. 118 θαρσαλέη in illo, θαρσαλέως in hoc. Videtur autem Schraderi codex Vaticanum et Venetum cognatione attingere, quibuscum versum 188 post versum 33 inseruit eisdem fere mendis contaminatum. Praebet enim Vaticanus Ἡνὶ, Venetus Hἴ, Vossianus ἤ, ceteri vero φ̆. Similem consensum deprehendimus v. 34, ubi pro οὐδέποτ' Vaticanus et Venetus habent οὐ δύνετ', Vossianus ούδ' δύνε τ'.

Duos hos codices Vossianos ita notabo, ut Schraderi codicem Vossianum Vo2 signem, eum vero, quem ego contuli, Vo1. In ceteris designandis his siglis utor: Palatinus P, Vaticanus Va, Venetus Ve, Parisinus 2600 R ejusque correcturae corr. R., Gothanus G, Barthianus d, editio Lascarina S. Codices Bodleianos cum Roevero signabo A. B. C.

Quinque codicum, quibus nos praeter Roeverianos utimur, copiis cognitis ad alterum hujus disputationis caput progredimur, ut quae inter codices intercedant rationes exploremus: qua quidem opera opportunitatem potius quam consilium secuti, cum de codicum R α cognatione diceremus, jam sumus aliqua ex parte defuncti. Ac statim ab initio, ne inutilium copiarum onere obruta disputatio quae sequitur parum dilucida evadat, a ceteris licet sejungere α familiae codices, quibus si careremus, non plus damni fecisset criticus apparatus quam, cum adsunt, lucri facit, et Vossianum alterum, cujus ratio, cum exigua tantum pars collata sit, admodum est incerta. De codice autem Gothano et de Bodleianis AC, qui simili modo atque a b c unam efficiunt familiam, quam littera β notabo, cum nihil fere habeant, quibus praeferendi, permulta vero, quibus posthabendi sint ceteris, infra breviter dicemus. Ita fit, ut sex tantum restent codices: P Va Ve R B Vo1, qui soli ad emendandum Musaeum valent.

Arduum ac difficile adgredior opus de codicibus eis disputaturus, quorum copiae non tam exploratae sint atque apertae, ut certum judicium facere liceat. Etenim cum uno

fere et dimidio ante saeculo ei codices, qui Roevero praesto fuere, collati sint, eas satis accurate examinatos esse atque excussos credi vix potest. Accedit quod multas scripturas e Roeveri silentio colligere debemus. Quam ob rem ne quis levitatis nos arguat eis scripturis, quas hoc modo adsequimur, adponemus asteriscum.

Duplex autem via patet, quam in hac disputatione ingrediamur: altera ut codicum scripturis inter se comparatis ac perpensis quibus cognationis vinculis contineantur singuli, investigemus; altera ut ex indiciis quibusdam externi habitus per quas vicissitudines ducti sint, demonstremus.

Progrediendum est autem a codicibus Va Ve, qui tanta inter se similitudine conjuncti sunt, ut ex uno fonte quin fluxerint, prorsus dubitari non possit. Quae cognatio eo facilius cognosci potest, quia multae in eis exstant pravae scripturae, quae a nullo alio exhibentur velut v. 34 οὐ δύνετ' cet. οὐδέποτ'; v. 250 ὑμεναίων cet. ὀδυνάων; v. 268 πολλ' ἔπαθες τὰ Ve, πολλ' ἔπαθ' δὲ Va, cet. πολλὰ μόγησας; v. 271 παρακάτθεο, περικάτθεο R B, ἐνικάτθεο P Vo1; v. 272 τὰ δὲ, τάδ' P, ταῦτ' cet.; v. 276 ἤστραψε, cet. ἤστραπτε; v. 277 ἐπεκτύπησε, ἐπευφήμησε P, ἐπεσκίρτησε R, ἐπεσκέρτησε B Vo1; v. 326 ἀνόητον, ἀδύνατον P, ἀδόνητον cet.; v. 338 παρὰ, cet. περὶ. — Nec minus declarant hanc cognationem eae scripturae, quas cum uno alteroque reliquorum communicant, velut cum R v. 129 ὀπωπῆς, cet. ἀπειλῆς; v. 136 ἐπιχθονίων-γυναικῶν, P ἐπιχθονιωνγυναιξὶν, B* ἐπιχθονίῃσιν-γυναιξὶν, Vo1 ἐπιχθονίης- γυναιξὶν; v. 186 ἐμοὶ, cet ἔχω; v. 228 λαθὼν, cet. βαλὼν nisi quod in Vo1 est βαιων. In hac horum codicum similitudine summa facile aliquis in eam opinionem adduci potest, ut alterum ex altero exscriptum esse censeat, id quod non nisi sic fieri potuit, ut Venetus ex Vaticano, quippe qui illo vetustior esset, originem haberet. Id num factum sit, incertum est. Neque enim desunt scripturae, quibus acerrime inter se differre videantur: cf. 118. 151. 193. 312. 326. Quamquam, cum his locis alterutrius scriptura e silentio colligenda sit, quantum aut a Roevero aut a Dorvillio, qui illos codices contulit, erratum sit, ignoramus. Erratum esse enim ab illis certum est potius quam

probabile. Quod ut ipse dijudices tria maxime adferam exempla, quae suspitionem meam comprobent.
V. 45 est in P B R Vo1 Va ἀλιτρεφέων, in Ve* (β*) ἀλιστρεφέων
v. 95 in P B R Vo1 Ve κάλλος, in Va* (β*) ἕλκος
v. 340 in P B R Vo1 Ve σὺν, in Va* (β*) ἐπ'

Quid! num censes eam scripturam, quae, si fides habenda esset Roeveri silentio, colligenda esset, illos re vera praebuisse? Equidem non dubito quin Venetus v. 45 et Vaticanus v. 95. 340 cum omnium, quorum bonitatis participes sint aliis locis (cf. v. 267. ἴαχε P Va Ve R B Vo1, nisi quod hic praebet ἔσχετο, β*ἔννεπε; v. 275 ἀείδων P Va Ve R B Vo1 ἀοιδός β*; v. 292 ἀγρύπνων P Va Ve R B Vo1, ἀλλήλων β*; v. 313 ἐπὶ νώτων P Va Ve R B Vo[1], ὑμεναίων β*), tum uterque alterius, cui finitimus sit, scripturam habeat. Ad quae accedit quod codices β familiae multis vitiis inquinati sunt soli, ut, si alteruter de duobus illis codicibus nonnumquam a reliquis discessisset, cum his faceret, quos cognatione neutrum attingere certum est. Sed mitto haec, quae in conjectura posita sunt, et ad ea transeo, quae certiora sunt. Propior quaedam ratio cum Vaticano et Veneto videtur Regio intercedere: quem haud paucis locis cum illis solum facere jam supra commemoravi. At vero eum ad hos codices non pertinere gravissima docent argumenta: primum quod non eisdem quibus illi laborant vitiis contaminatus est; deinde quod utrique propria quaedam tenent valde eximia et ab uno Palatino comprobata. Ita praebent P Va Ve v. 314 σύγχυτο, cet. σύνθετο; v. 301 λύχνου, cet. πύργου. In Regio et Palatino eximia scriptura est v. 105 ἐπέκυψεν; ἀπέκρυψεν Ve* B* Vo1, ἐπέκρυψεν Va.

Quae cum ita sint, et Regium et eum librum, ex quo Vaticanus et Venetus exscripti sint, eundem ac Palatinum habuisse fontem quis est quin intellegat? Apparet igitur, si qui consensus inter codices illos intercedat, eum non tam propriore quadam cognatione ortum esse quam casu.

Idem cadit in codices B et Vo1, qui simili aequabilitate geminas praebent scripturas, quarum eas maxime velim conferas, quae sunt v. 131 ἀπειλείουσι B, ἀπειλήσουσι Vo1: ἐπεχθαίρουσι P, ἀπεχθαίρουσι R, ἐχθαίρουσι Va Ve; v. 158. ἀνέπεισεν

B Vo 1, cet. παρέπεισεν; v. 257. λευγαλέης B* Vo 1, λεπταλέης P Va Ve λεσταλέης R. (adde v. 118. 136. 145. 186. 193. 228). Nec tamen ei artiore necessitudine quam Va Ve R inter se continentur. Namque ut mittam eas scripturas, ubi, si qua conjectura e Roeveri silentio est, B cum deterrimis codicibus facit velut v. 53 ἀθανάτων ἀγέμεν B* β*, v. 88 πυριπνεύστοισι B* β* atque eas, quas Vo 1 tenet cum codicibus illis velut v. 335 ἀλώμενον ὄν: gravissimi momenti sunt optimae quaeque quae utrique cum uno Palatino communes sunt. Ita praebet B*P v. 4 ὅπη, cet. ὅπου; v. 29 ἐνέδησε B*P; cet. ἀνέδησε; et Vo 1 P v. 34 μεθωμίλησε, cet. συνωμίλησε; v. 111. ἀνέτειλε; Va*R ἀνέφαινε, B ἀνάφαινε, Ve ἀνέφηνε; v. 271 ἐνικάτθεο; Va Ve παρακάττεο, R B περικάτθεο.

In hac harum rerum condicione quid clarius est, quid apertius, quam utrumque ex eodem archetypo exscriptum esse idque nullum aliud fuisse nisi ex quo P R Va Ve profluxerint!

Plura dixi quam volui, ut omnium rationem cognationemque eruerem, et tamen id, quod gravissimum hujus disputationis argumentum est, adhuc praetermisi. Praeter interna enim indicia alia exstant eaque externa, quibus codicum ratio, quam modo statuimus, optime confirmatur. Ac primo adspectu codices in duas discernendi sunt classes, quarum altera comprehendit codices P Va Ve, qui duos versus post v. 330 insertos habent, versum autem 325 omittunt; altera codices BR Vo, qui illos versus non habent, versu autem 325 sunt pleniores. At alia exstant indicia, quibus nova efficitur divisio. Codices Va Ve R versum, qui est 188, post v. 32 repetunt versu 33 omisso; codices vero PB Vo 1 suo quemque loco exhibent, nisi quod in Vo 1 etiam v. 188 post v. 32 insertus est.

Iam quaerenti, qui factum sit, ut alii codices aliam externam condicionem habeant eique, qui mirum quantum inter se differant auctoritate, externorum indiciornm necessitate conjuncti sint, patebit verissimam illam esse sententiam codices P B R Vo 1 et eum librum, ex quo Va Ve manaverint, ex uno eodemque archetypo derivandos esse.

Inde de omnium archetypo qualis fuerit, certissima fit conjectura. Ut enim illa singulorum condicio probabiliter

explicetur, tale id fuisse credendum est, ut nonnulli versus librarii negligentia omissi vel inter versus vel ad marginem adscripti fuissent: unde alii librarii alios versus in textum reciperent, alios prorsus neglegerent. Itaque miro quodam casu videtur accidisse, ut P Va Ve eisdem versibus sint pleniores, uno eodemque versu careant. An censes aliter posse haec explicari?

Nec vero modo omissi versus additi fuerunt, sed etiam versus 188 ad versum 32 explicandi causa adscriptus fuit: unde factum est, ut qui scriberent codicem R et archetypum codicum Va Ve, versu 33 sublato eum reciperent; qui Vossianum exararet, eum post v. 32 insereret: id quod non minimi momenti est ad confirmandam eam sententiam, quam de origine illius supra protuli.

Neque tamen haec satis valent ad condicionem archetypi cognoscendam. Omnes enim codices contaminati sunt glossis: quibus nec Palatinus tam bonus est ut prorsus vacet, quamquam ejus librarius paullo religiosius quam ceteri in carmine describendo versatus est. Quod quo facilius intellegas, ea glossemata subiiciam, quae in archetypo fuisse crediderim:

v. 34 συνωμίλησε Va Ve R (α) B pro μεθωμίλησε P Vo$_1$
v. 47 ἐνὶ πτολίεσσι Va* Ve* R (α β*) B* Vo$_1$ pro ἀνὰ πτολίεθρα P
v. 88 πυρυπνεύστοισι B* (β*) pro πυριβλήτοισι P Va Ve Vo$_1$ R (α)
v. 111 ἀνέφαινε Va* B R (α β*) ἀνέφηνε Ve pro ἀνέτειλε P Vo$_1$
v. 131 ἐπεχθαίρουσι P, ἀπεχθαίρουσι R (α), ἐχθαίρουσι Va Ve
pro ἀπειλείωσι (β*), ἀπειλείουσι B, ἀπειλήσουσι Vo$_1$
v. 145 πιστὰ Va* Vo$_1$ B* (β*) pro κεδνὰ P Ve R (α)
v. 301 πύργου R (α) B* (β*) Vo$_1$ pro λύχνου P Va Ve
v. 314 σύνθετο R (α) B* (β*) Vo$_1$ pro σύγχυτο P Va Ve

Praeterea unus fere quisque propria quaedam tenet glossemata, quae utrum in archetypo fuerint, an a singulis librariis textui illata sint incertum est. In Palatino est v. 203 κῦμα pro οἶδμα; in Vaticano Venetoque v. 277 ἐπεκτύπησε pro ἐπεσκίρτησε; v. 267 πολλ'ἔπαθ'δὲ in Va, πολλ' ἔπαθες τὰ in Ve pro πολλὰ μόγησας; in Regio v. 48 ἐνὶ πτυχέσσιν ναίων pro ἐνὶ πτερύγεσσι χορεύων, v. 213 βλέψω pro ὄψομαι; in Vossiano primo v. 221 ἔθελον pro συνέθεντο, v. 260 πυλάων pro θυράων, v. 319

ἀκοιμήτης pro ἀκηλήτοις, v. 323 ἄμυνεν pro ἄρηγεν; v. 330 πολυπλάγκτοιο pro πολυτλήτοιο.

Ab hoc glossematorum genere prorsus diversa sunt ea, quae in Regio, Bodlejano B aliisque codicibus exstant. Nihil enim haec sunt nisi recentiorum librariorum quisquiliae atque ineptiae.

Pauca restat ut dicamus de codicibus A C G quos adhuc placuit a ceterorum aestimatione sejungere. Multis hi vitiis eisque gravissimis inquinati sunt, quorum in nullo alio deprehenduntur vestigia velut v. 34 ἐνωμίλησε, v. 129 ἐπεὶ κλύεν, v. 267 ἔννεπε, v. 275 ἀοιδός, v. 278 ἄεισε, v. 292 ἀλλήλων, v. 298 ἀπέκλασε, v. 309 βαρυπνείουσιν ἀήταις, v. 313 ὑμεναίων, v. 330 πολυκλαύτοιο: quibus accedunt eae scripturae, quarum jam supra mentio facta est. Aliis locis, unde quidquam certi de cognatione eorum fonteque colligi potest, fluctuant inter omnes, ut eis propior quaedam ratio cum ullo reliquorum non intercedat: quod ita esse haec maxime demonstrant exempla

v. 56 μαρμαρυγὴν χαρίεσσαν cum P

v. 145 πιστὰ cum Va* B* Vo1


v. 186 ἐμοὶ cum Va* Ve* R a

v. 323 ἀλλά οἱ οὔτις, quod soli servasse videntur; in reliquis enim est ἀλλ' οὔτις, nisi quod in Ve est ἀλλ' οὔτις γε

v. 271 ἐνικάτθεο cum P Vo1.

Quae cum ita sint, non dubito quin e libro hausti sint, qui ex eodem quo ceteri fonte manaverit. Proxime ad hos codices accedit editio princeps: propterea quod omnes scripturas, quae eorum propriae sunt, exhibet, ita ut eum codicem, quo Aldus Manutius in edendo Musaeo usus est, ex eodem libro atque illi excriptum fuisse appareat.

Quae de codicum ratione disserui, hac figura licet illustrare, quoniam optime ita intellegi posse arbitror, quae sit omnium cognatio ac progenies [de siglis v. p. 20 et 28]:



Quibus expositis eo perventum est, ut duas instituere liceat quaestiones, quarum altera ad Lascarinae vel Secundae editionis scripturas, altera ad codicis Regii correcturas pertineat. Ne quis tamen miretur res, quae diversissimae esse videantur, nos conectere, antequam ad ipsam rem accedamus, commemorare licet tanta eas contineri similitudine, ut eandem originem habere negari nullo pacto possit.

Ac primum quaerendum est de Regii correcturis, cujus pretii sint, unde fluxerint. Duo autem maxime earum sunt genera. Alterae ex optimo manaverunt codice, qui Palatini erat simillimus. Quod ut perspicias, haec velim conferas
                                                  θρα
exempla: v. 47 ἀνὰ πτολίεθρα P, ἐνὶ πτολίεσσι R, v. 76 νεήνιδα P,
  νι   τειλε
νεήλυδα R; v. 111 ἀνέτειλε P Vo1, ἀνέφαινε R; v. 120 ὀκναλέοις
                  οις
P Va Vo1, ὀκναλέως R; v. 152 ἔπεμψε P, idem in R a correctore margini adscriptum est; v. 277 ἐπεφεύμησε P ex v. 275 repe-
         ἐπεφήμησε   λύχνου
titum, ἐπεσκίρτησε R, v. 301 λύχνου P Va Ve, πύργου R, v. 335
                     ο
ἀλωόμενον P, ἀλώμενον R. — Alterae e deterrimo codice, qui β familiam cognatione proxime attigit, depromptae sunt, qua-
                                                        ων   γέμεν
rum gravissimas adferam eas, quae sunt v. 53 ἀθανάτοισιν ἄγειν R,
                                          ων
ἀθανάτων ἀγέμεν B* β*; v. 54 ἀγειρόμενοι R, ἀγειρομένων β*;
          πνεύστοισι   ἕλκος
v. 88 πυριβλήτοισι R, πυριπνεύστοισι B* β*; v. 95 κάλλος R,
                        σε   ἀλλήλων
ἕλκος Va* β*; v. 278 ἄειδε R, ἄεισε β*; v. 292 ἀγρύπνων R, ἀλλήλων β*. — Praeter has alias tres invenimus correcturas, quarum duae Vossiani propriae sunt, una α familiae Versu
                              α
enim 45 praebet Vo1 ναιετασκον — α ab eadem manu super-
                            α
scriptum est, — R ναιετάεσκον; v. 158 Vo1 ἀν ἔπεισεν, B ἀνέπεισεν,
  ἀνέπ   σας
R παρεπεισεν; et v. 198 praebet α δαμάσας, R δαμάζει. — Apparet ex his, quae attulimus, Regii correcturis, ubicumque cum optimo Palatino faciant, summam auctoritatem adjungendam esse, ubicumque autem cum uno reliquorum codicum con-

sentiant, nullam. [Cave igitur, ne v. 198 δαμάσσας a multis laudatum, a recentioribus editoribus receptum a Musaeo profectum esse arbitreris.]

Illis cum correcturis mirifice consentiunt scripturae editionis Lascarinae. Nec vero omnes modo illae, quas e diversis codicibus excerptas esse nemo infitiabitur, in ea inveniuntur, sed etiam aliae, quae cum a nullo alio codice comprobentur, ad persuadendum aptissimae sunt: cf. v. 56 χαρίεντος S, χαριέσσας (εντος) R; v. 178 ἄπυστος S et corr. R; v. 268 πάθοι S, πάθε (οι) R; v. 288 ἠράσαντο S; ἠρήσαντο (α) R idemque v. 231.

In hac consensione summa duplici tantum conjecturae locus datus est: ut vel ipsum Regium Lascari praesto fuisse credamus, vel alium quendam codicem, quo etiam Regii corrector in scripturae dircrepantiis excerpendis usus sit. Atqui id, quod priore loco posui, quamquam me ipse fateor eam aliquamdiu tenuisse opinionem nec libenter ob judicandi simplicitatem deseruisse, factum non esse propterea manifestum est, quia multi loci exstant, qui aliter ac in Regio aut scripti aut correcti sunt, in Lascarina habentur velut v. 11 πέλε ξυνέριθος S, πέλεν συνέριθος R; v. 34 μεθωμίλησε S, συνωμίλησε R; v. 61 χροιὴ S, χροιὴν R; v. 143 ἀφροδίτην S, ἀφροδίτη R; v. 148 οἰκέτην S, ἰκέτην R; v. 251 πέπλον S*, πέπλα R; v. 298 ἀπέκλυσε S, ἐπέκλυσε R; v. 115 ἀνέτελλε S, ἀνέφαινε (τειλε) R; v. 151 ἰαρδανίην ποτὲ νύμφην S*, ἰαρδανίη ποτε νυ in R a correctore margini adscriptum; v. 223 φυλάξειν S, φυλάττειν (σσ) R. — Quarum scripturarum etsi duae (v. 11, v. 223), quoniam nec codice ullo neque a Regii correctore firmantur, conjecturae Lascaris, qui certe, ut obtegeret lacunam [nunc a Koechlyo l. l. p. 17 sanatam], v. 331 εἰσέτι δηθύνοντος in ἡ δ' ἔτι δηθύνοντος mutavit, debeantur, tamen reliquarum haud exigua restat multitudo, quae quominus eum codice Regio usum esse credamus impediunt. Quae cum ita sint, nos ut hanc difficultatem expediamus, nihil videmus reliquum esse nisi ut codicem exstitisse opinemur, qui et Lascari et Regii correctori praesto fuerit.

Ac talem eum fuisse apparet, ut scripturarum discrepantias e diversis codicibus excerptas teneret: neque enim nisi hoc modo fieri potuit, ut scripturae, quae quattuor codicum propriae essent, in unum confluerent.

Haec habui quae de codicum, quibus quidem nos utimur ratione dicerem et cognatione. Restat denique, ut codices, qui in bibliothecarum latebris etiamnum delitescant, breviter commemoremus easque indicemus urbes, ubi aliquem Musaei codicem olim exstitisse comperimus.

Tres sunt codices, quos enotavimus e bibliothecarum catalogis:

codex Vindobonensis n. 284 signatus. Cf. Nesselii catal. bibl. Vindob. II part. IV p. 142 et Montefalconii bibl. biblioth. I p. 561.

Codex Ambrosianus: cf. Montefalconii b. b. I p. 502.

Codex Matritensis n. 24 signatus, quem Iriarte in catal. mss. bibl. Matrit. p. 86 accuratissime descripsit: „codex est, inquit, chartaceus in folii modum, foliis constans 136 densiori charta atque optime levigata; totus Constantini Lascaris manu descriptus, maximam vero partem nitidissime idque Mediolani anno 1464. Is praecipue continet Musaei de Herone et Leandro carmen, Orphei Argonautica et hymnos, item hymnos Homeri et Callimachi, veterum denique epigrammatum collectanea.“ Musaei carmen ita inscriptum est: Μουσαίου τὰ περὶ Ἡρὼ καὶ Λέανδρον. Nescio an ex hoc codice fluxerit editio Complutensis, quam Harlesius ex Joannis Lascaris editione expressam esse falso judicavit.

Praeter hos codices duo commemorandi sunt, quorum alter **Neapoli** olim, alter **Genuae** exstitisse perhibetur, ubi num hodie serventur ignoramus. Neapolitanum illum ex his G. Falkenburgii verbis cognovimus, quae ad Nonni Dionys. IV 322 (ed. Cunaei Hannoviae 1610 p. 1319) adnotavit „ἥρη ζυγίη, cui ut apud Virgilium sunt vincula jugalia curae. Musaeus etsi non vetustissimus, bonus tamen et elegans poeta οὐ ζυγίην ἥρην τις ἐπευφήμησεν ἀοιδὸς (v. 275), ubi in omnibus impressis libris mendose legitur οὐ ζυγίην ἱερήν τις, hoc me docuit codex ms. in bibliotheca quadam Neapolitana.“

Alterum, quem Genuae olim exstitisse significavimus, adfert H. Stephanus in poetarum graecorum her. carm. collectione p. 487 „Affirmavit mihi olim Mich. Sophianus coram aliis plurimis se vidisse Genuae librum veterem, qui inter alia poemata haberet istud (i. e. Musaei carmen) ita inscriptum „Μουσαίου γραμματικοῦ τὰ καθ' Ἡρὼ καὶ Λέανδρον" eumque in cujus manibus liber erat nominavit."

III.

Codicum ratio ac cognatio cum talis sit, ut meliores codices ex uno eodemque archetypo originem traxerint, non posse dubitari mihi videtur quin, nisi gravissima obstent argumenta, eae scripturae in textum recipiendae sint, in quibus Palatinus cum uno pluribusve meliorum consentiat. Quas scripturas, cum maximam partem jam Koechlyus l. l restituerit, brevissime hic liceat attingere.

v. 53 pro volgato ἀθανάτων ἀγέμεν scribendum est ἀθανάτοισιν ἄγειν ex R. α. Va Ve Vo1 Vo2 et P, qui quidem partem veri vitiis mixtam adfert hoc modo ἀθανάτων ἄγειν. Cf. Wernickium ad Tryphiodorum p. 373; Koechlyum l. l. p. 15.

v. 58. pro volg. χιονέων—παρειῶν restituendum est e P χιονέης παρειῆς, quod e codicibus Ve et B, qui χιονέης exhibent, jam Wernickius ad Tryphiodorum p. 81. emendavit persuasitque Lehrsio. Cum Ve et B consentit etiam Vo1, in quo est χιονέης—παρειῶν. Cf. Koechlyum l. l. p. 11.

v. 61. pro volg. χροιὴν χροιὴ e P Vo2 scribi jubet Koechlyus l. l. p. 9. Sic etiam Vo1 Ve S.

v. 88. pro volg. πυριπνεύστοισι praebent P Va Ve R α Vo1 Vo2 πυριβλήτοισι, quod placuit Koechlyo l. l. p. 9.

v. 95. pro volg. ἕλκος recepit Schraderus e Vo2 Ve B κάλλος, quod firmant P R α Vo1. Scripturam hanc, quam post Schraderum deseruerunt omnes, commendavit Koechlyus p. 9. Totus locus ex Achillis Tatii libro de Leucippes et Clitophontis amoribus I δ 29 (ed. Jacobs.) exscriptus est, ubi haec leguntur „κάλλος γὰρ ὀξύτερον τιτρώσκει βέλους καὶ διὰ τῶν ὀφθαλμῶν εἰς τὴν ψυχὴν καταῤῥεῖ. ὀφθαλμὸς

γὰρ ὁδὸς ἐρωτικῷ τραύματι. Πάντα δέ με εἶχεν ὁμοῦ, ἔπαινος, ἔκπληξις, τρόμος, αἰδώς, ἀναίδεια. ἐπῄνουν τὸ μέγεθος, ἐκπεπλήγμην τὸ κάλλος, ἔτρεμον τὴν καρδίαν, ἔβλεπον ἀναιδῶς, ᾐδούμην ἁλῶναι. Pulchritudinem ab oculis in animum irrepere alii quoque loci docent: cf. Ach. Tat. I. θ: ἡ δὲ τοῦ κάλλους ἀποῤῥοὴ δι' αὐτῶν (i. e. ὀφθαλμῶν) εἰς τὴν ψυχὴν καταῤῥέουσα ἔχει τινὰ μίξιν ἐν ἀποστάσει; Aristaenet. II ep. 18 δεξάμενος γὰρ τοῦ κάλλους τὴν ἀποῤῥοὴν διὰ τῶν ὀμμάτων ἐρωτικῶς διεθερμάνθη, quae verba e Platonis Phaedro (ed. Stallb. p. 100) expressa sunt.

v. 104. sqq. ἐν ἡσυχίῃ δὲ καὶ αὐτὴ
πολλάκις ἱμερόεσσαν ἑὴν ἀπέκρυψεν ὀπωπὴν
νεύμασιν λαθριδίοισιν ὑπαγγελέουσα Λεάνδρῳ.

v. 105. scripserunt Passovius, Moebius, Lehrsius ἔκρυψεν, quod G. Hermannus conjecerat in Orphicis p. 672; Koechlyus autem l. l. p. 9 restituit ἐπέκυψεν, quod est in P R α. — Praeter hoc tamen mendum alterum, quod a nullo usque ad hunc diem sublatum esse miror, inest in verbo ὑπαγγελέουσα. Etenim cum incommodnm sit ac paene ineptum futuri participium, dubitari non potest, quin genuina scriptura sit ὑπαγγέλλουσα: quod plurimi codices confirmant. Est enim in Ve B ὑπαγγέλλουσα; in Va Vo 1 ἐπαγγέλλουσα; in R α ἀπαγγέλλουσα, ita tamen in R, ut ab altera manu correctum sit ἀπαγγελέουσα. Accedit quod futuri participium a Nonni oratione prorsus alienum est cf. Dionys. 9,103 καὶ Διὸς αὐτοβόητος ἀπαγγέλλουσα λοχείην μαρμαρυγῇ σελάγιζε; 13. 1 sq. Ζεὺς δὲ πατὴρ προέηκεν ἐς αὔλια θέσκελα Ῥείης Ἶριν ἀπαγγέλλουσαν ἐγερσιμόθῳ Διονύσῳ, ὄφρα . . .; 16,214 τάχυς ἔρχεο, μάρτυρι σιγῇ ἢ νοεραῖς ὑλακῇσιν ἀπαγγέλλων Διονύσῳ; cf. etiam 24,145; 27,233; 39,161.

v. 111 pro volg. ἀνέφαινε Koechlyus scribi jubet p. 10 ἀνέτειλε, quod est etiam in Vo1 et ab altera manu superscriptum in R. S. praebet ἀνέτελλε.

v. 145 pro πιστὰ restituit Koechlyus l. l. p. 10 κεδνά, quod praeter Palatinum confirmant Ve R α S.

v. 151 Multis adfectus est vitiis. Primum pro ἐκόμιζεν scribendum est ἐκόμισσεν e P Va Ve corr. R, qui omnes vitiose

praebent ἐκόμισεν; deinde pro ἰαρδανίην ποτὶ νύμφην restituendum est ἰαρδανίῃ ποτὲ νύμφῃ e P Ve corr. R α; in Vo1, qui volgatam scripturam praebet, margini adscriptum est ἰαρδανίη. Similis ποτὲ particulae usus apud Nonnum est; cf. Dionys. 1. 512 Τυφαονίῃ ποτὲ χάρμῃ; 3. 132 Ἠλέκτρῃ ποτὲ νύμφῃ; 18. 224 Ἀσσύριός ποτε Βῆλος.

v. 151 pro volg. ἔπεμπε recipiendum est ἔπεμψε e P S et corr. R.

Et ita duos hos versus tradidit Jo. Tzetzes, qui in Chiliad. II hist. 36 v. 438—42 versum 148—52 ad verbum exscripsit. Cf. Koechl. l. l. p. 11.

v. 193 Roeverus et Schraderus ediderant ἠνεμόφωνος, sed deseruerunt illud recentiores, qui volg. ἠνεμόεντος revocaverunt. Illud unice verum esse docuit Koechlyus p. 10. Et confirmant ἠνεμόφωνος P Va R α S.

v. 198 Stephanus, Passovius, Moebius, Lehrsius ediderunt δαμάσσας, quod una litera σ exhibetur in α S. Sed cum Vo1 B β P retinendum est δαμάζει, quod etiam P, in quo singulae litterae syllabaeque finales evanuerunt, habuisse primae litterae superior uncus forte relictus demonstrat. Cf. Koechl. l. l. p. 16. Idemque latere videtur in Va δαμάσει et Ve δάμασσε.

v. 222 seq. καὶ νυχίην φιλότητα καὶ ἀγγελίην ὑμεναίων
λύχνου μαρτυρίῃσιν ἐπιστώσαντο φυλάξειν.

φυλάξειν Lascaris videtur esse conjectura, quam e S cum Stephano recentiores omnes receperunt. Alii, qui Aldinam secuti sunt, exhibent φυλάσσαι, quod est in B*C*. Utrumque falsum esse demonstrant codices, quorum P Va Ve R α A habent φυλάττειν, Vo1 G et corr. R φυλάσσειν. Scribendum est igitur φυλάττειν. Quid enim obstat, quominus praesentis participium hic fuisse credamus!

v. 251 pro volg. πέπλον Koechlyus p. 13 restituit e P πέπλα idemque est in R Vo1.

v. 257 pro volg. λευγαλέῃς praebet P Va Ve λεπταλέῃς, R λεσταλέης. Adjectivum λεπτάλεος, quod multum praestare dicit Koechlyus l. l. p. 15, etiam Nonni usu confirmatur, qui similiter Dionys. 13. 285 sqq. sic dicit de Syrio

τὸν εἰσέτι διψαλέον πῦρ
θερμὸν ἀκοντίζοντα δι' αἰθέρος αἴθοπι λαιμῷ
ἄσθμασι λεπταλέοισι καταψύχουσιν ἀῆται.

et 26.312 de auribus elephantum

οὔατα μὲν λιπόσαρκα παρήορα γείτονι κόρσῃ
λεπταλέων ἀνέμων ὀλίγῃ ῥιπίζεται αὔρῃ.

Nec si sententiam spectas disparia sunt, quae leguntur Dionys. 12.282

αὔραις φαιδομένῃσι καταψύχοντες ἀῆται.

v. 272 pro volg. ταῦτ' εἶπεν P habet τάδ' ἔειπεν, quod confirmant cod. Va Ve τά δὲ εἶπεν exhibentes. His e codicibus etiam v. 301 λύχνου pro volg. πύργου et v. 314 σύγχυτο pro volg. σύνθετο restituendum est: utrumque etiam in S et a correctore superscriptum in R.

v. 275 pro volg. ἀοιδὸς praebet P ἀείδων, quod est etiam in Va Ve R B Vo1 S. Cf. Koechl. l. l. p. 13.

v. 278 pro volg. ἄεισε restituit Koechlyus p. 13 e P ἄειδε, quod confirmant Va Ve R B.

v. 292 pro volg. ἀλλήλων praebent P Va Ve R B Vo1 S ἀγρύπνων, quod unus Stephanus in textum receperat. Cf. Koechl. p. 14. Ad confirmandam hanc scripturam juvat adferre Nonni Dionys. 5.117 σπεύδων γὰρ ἐς ἀγρύπνους ὑμεναίους.

v. 317 Optimam P scripturam ἐφέηκεν, quam laudat Koechlyus l. l. p. 14, confirmant Ve* B* β* Vo1. In R erat ἐφέηκεν, quod ab altera manu correctum est in ἀφέηκεν.

v. 320 πολλάκι μὲν λιτάνευσε θαλασσαίην Ἀφροδίτην.
λιτάνευε, quod est in P Va Ve R Vo1 S, correxit Koechlyus p. 13; sed illud scribendum esse jam antea Schraderus intellexit nusquam apud Nonnum Aoristum λιτάνευσε occurrere monens. Praeterea ad confirmandam codicum scripturam hos velim conferas Nonni locos:

Dionys. 42.496 πολλὰ μάτην ἱκέτευε θαλασσαίην Ἀφροδίτην
ib. 39.263 ταρβαλέη δ' ἱκέτευε θαλασσαίην Ἀφροδίτην
„ 35.190 ἐν δὲ ῥεέθροις
Ἰνδῴην ἱκέτευεν Ἐρυθραίην Ἀφροδίτην.

v. 326. Ubi quicumque totius loci rationem perpenderit, hunc versum, cum sententiae antecedentis versus contrarius sit, nullo modo defendi posse facile intellexerit. Nec tamen magis Koechlyi emendationes, qui pro volg. ἀδόνητον ἀνόνητον e conjectura Graefii et pro volg. ἀκινήτων e P (codic. Ve R A nunc adsentientibus) recipi jubet, probari posse existimo: nam nimis inficetum esset hoc dictum. Qui enim inutilis dici potest manuum robor, quibus, cum labore defatigatae sint, nulla omnino vis inest? ἀκινήτων igitur, quamvis a quatuor codicibus exhibeatur, sine dubio falsum est. ἀνόνητον vero, licet nullo codice comprobetur, nisi forte in corruptela Va Ve ἀνόητον latere existimes, tamen Nonni usu optime confirmatur; cf. Dionys. 14.168 καὶ δόλος ἦν ἀνόνητος.; 20.163 καὶ δρόμος ἦν ἀνόνητος et 39.309, qui versus simillimus est, καὶ πόνος ἦν ἀνόνητος ἐπειγομένων ἐλατήρων. Illud autem recte dici „et inutilis est vis assiduarum manuum“ non est quod moneam; notum est enim, si quis aquis obrutus in vitae discrimine versetur, eum pedibus jam prorsus defessis brachia manusque movere, ut certam mortem fugiat.

v. 335 pro ἀλώμενον δν scribendum est cum P S et correctore R. ἀλωόμενον, quod jam Graefius conjectando invenerat. Idemque sine dubio latet in scriptura Ve ἀλφόμενον.

v. 340 κὰδδ' Ἡρὼ τέθνηκεν ἐπ' ὀλλυμένῳ παρακοίτῃ

E P Ve R Vo1 B restituimus σὺν ὀλλυμένῳ παρακοίτῃ, quod jam Stephanus aliique receperant, sed recentiores omnes iterum deseruerunt. Illud tamen unice verum esse facile tibi persuadebis, si hunc Nonni locum comparaveris: Dionys. 40,201 sq.

· αἴθε καὶ αὐτὴν
Βάκχος ἑλὼν ὀλέσῃ με σὺν ὀλλυμένῳ παρακοίτῃ.

Multis igitur mendis, quibus Musaei carmen adfectum est, e plurium codicum auctoritate sublatis, alii loci relinquuntur, ubi singuli codices scripturas praebent eis praestantiores, quae in reliquis habentur. Quibus in locis memorare vix opus est eam artis criticae normam exercendam esse,

ut, quam diu possimus, Palatino adstipulemur: quem ceteris auctoritate praestare cum viderimus, veras scripturas solum nonnumquam servasse non est quod miremur. Itaque Koechlyo adsentior v. 13 χαλεπαῖς e P χαλεπῇσι pro volg. χαλεπὸν, v. 67 ἀριστεύουσα pro volg. ἀριστεύσασα, v. 205 χεῖμα pro volg. χεῦμα, v. 229 πορθμὸν pro volg. δῆμον, v. 276 εὐνῇ*) pro volg. εὐνὴν restituenti. Unum tamen locum neglexit corrigere. Versu enim 334

πάντοθι δ' ὄμμα τίταινεν ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσης

ex P recipiendum est ἐς, quod etiam in S legitur et in R a correctore superscriptum est. Hac enim cum praepositione Nonnus, cujus locutio ὄμμα τιταίνειν propria est, jungere solet verbum τιταίνειν, vix ut Musaeum ab ejus consuetudine discessisse putaverim. Conferas velim

Dionys. 4,248 λοξὸς ἐς Ἁρμονίην ἀντώπιον ὄμμα τιταίνων
9,32 καὶ πάις ἀντικέλευθον ἐς οὐρανὸν ὄμμα τιταίνων
10,252 εἰς δύσιν ὄμμα τίταινεν ἐς ἠέρα λοξὰ δοκεύων
12,344 ἐς ἄμπελον ὄμμα τιταίνων
41,274 δόχμιον ὄμμα τίταινεν ἐς εὐρυάγυιαν Ἀθήνην
31,125 εἰς Πάφον, εἰς χθόνα Κύπρου | ἀπλανὲς ὄμμα τίταινεν
38,318 ὄφρα μὲν ὄμμα τίταινεν ἐς αἰθέρα καὶ χύσιν ἄστρων
42,45 λάθριος εἰς Βερόην πεφυλαγμένον ὄμμα τιταίνων.

Sed ne ille quidem codex, quamvis reliquorum optimus esse jure putetur, caret mendis modo levioribus, quae librarii neglegentia carmini illata sunt eoque facili negotio exstirpari possunt, modo gravioribus, quibus, si fieri ullo modo potest, ex aliis subsidiis criticis petenda est medicina. Quaerendum igitur est, num forte reliquorum aliquis codex habeat, quibus ipsius Palatini posthabenda sit fides. Quae quidem quaestio eo minus mirabilis debet videri, quo saepius deterrimos codices praestantissimas scripturas servasse videmus. At Musaei codicum ratio cognatioque, quam supra satis copiose

*) εὐνῇ jam a Graefio conjectura inventum firmat Vo_1, ubi est εὐνή. Accusativus ferri non potest, cum nullo alio loco verbum ἀστράπτειν cum accusativo jungatur. Cf. Passov. ed. p. 197.

exposuimus, cum ea sit, ut meliores codices ex eodem atque Palatinus fonte fluxerint, nihil est causae cur negemus unum alterumve nonnumquam illo majorem prae se ferre memoriae probabilitatem. Non igitur veremur aliorum fidem amplecti, sicubi id vel poscat aperta Palatini depravatio, vel nonnumquam tantum aliorum scripturae praestantia suadeat. Tales quaedam scripturae, quas veras esse negari nequit, sunt v. 118 θαρσαλέῃ παλάμῃ, quod pro volg. θαρσαλέως παλάμῃ e Va et Vo2 multis similibus locis e Nonno allatis scribi jusserunt Schraderus p. 24 et Wernickius ad Tryphiod. p. 163. Fugit autem eos hic locus simillimus, qui est in Dionys. 36,224 χειρὶ δὲ θαρσαλέῃ πολυδαίδαλον ἀσπίδα τείνων. — Deinceps v. 129 ὅτ' ἔκλυεν, quod pro volg. ἐπεὶ κλύεν Koechlyus e corruptela P Ve B ὡς ἔκλυεν scripsit, sed jam antea Schraderus, cum S verum habere videret, laudaverat duobusque Nonni locis (Dionys. 35,230 et 48,10) firmaverat. Utramque scripturam confirmat etiam R, cui v. 118 α adsentitur. — Nec minus certum videtur v. 45 ναιετάασκον scribendum esse, quod pro volg. ναιετάεσκον jam Lobeckius ad Phrynichum p. 583 et Schaeferus in editione Schrader. p. 11 proposuerant. Idemque tuentur etiam Vo1, S et corr. R.

Sed haec hactenus. Transeamus ad alios locos nondum a quoquam correctos.

Adolescens pulchritudinem Heronis admiratus haec verba facit v. 76 sq.

τοίην δ'οὔποτ' ὄπωπα νέην κέδνην θ'ἁπαλήντε
καὶ τάχα Κύπρις ἔχει Χαρίτων μίαν ὁπλοτεράων

Codices habent καὶ τάχα praeter Vo1 et B, quorum in illo est ἡ, in hoc ἥ. Hinc facile quisque sibi persuadebit scribendum esse ἦ τάχα, quae locutio apud epicos frequentissima est. Similiter correxit Jacobsius ἦ τάχα in Christodori ecphrasi 103 (Anthol. Pal. II), ubi haec dicuntur de Hermaphrodita ἦ τάχα κοῦρον Κύπριδος εὐκόλποιο καὶ Ἑρμάωνος ἐνίψεις. Codex enim Palatinus praebet ἥ τάχα, ut hic B. Quae cum ita sint, mirum in modum a vero aberrasse putaverim Koechlyum, qui p. 19

hunc locum ita sanare sibi visus est, ut versu 66 post v. 76 transposito ita scriberet

76 τοίην δ'οὔποτ' ὄπωπα νέην κέδνηνθ' ἀπαλήντε
66 ἀτρεκέως ἱέρειαν ἐπάξιον εὕρατο Κύπρις
77 καὶ τάχα Κύπρις ἔχει Χαρίτων μίαν ὁπλοτεράων.

Haec cum omnino non sunt venuste dicta, tum jure offendimus in Veneris nomine bis posito. Nam etsi ejusdem verbi iterationes frequentes esse apud Nonnum ejusque sectatores concedamus, reputandum tamen est poetas illos tales nonadhibuisse nisi eis locis, quos vi quadam emphatica effere vellent. Hic vero Κύπρις illud quid opus est urgere! Quocirca non dubito, quin versus 76 et 66 suo quisque loco retinendi sint. Et omnino emendationes, quae transpositione fiunt, etsi nonnumquam habeant quo probabiles videantur, tamen cautissime admittendae sunt, quod tam multiplex errandi occasio ubique se offert, ut non satis cavere possis, ne in errorem incidas. Quod dicens de alia transpositione cogito a Koechlyo l. l. p. 19 commendata. Offendebat enim et Passovius et Moebius in v. 280, quem cum eundem sensum ac versum 274 habere putarent, textu expulerunt. Longe vero aliam viam ingressus est Koechlyus, qui versum 280 ante v. 274 transposuit verbis καὶ γάμος ἦν in ἦν γάμος ἀλλ' insuper mutatis, ita ut scriberet

280 ἦν γάμος ἀλλ' ἀπάνευθεν ἀειδομένων ὑμεναίων
274 ἦν γάμος ἀλλ' ἀχόρευτος. ἔην λέχος, ἀλλ' ἄτερ ὕμνων.

Ingeniosissimam esse hanc emendationem quis non videat; sed quis non etiam fateatur audaciorem eam esse, quam quae Musaei verba reddere putetur! Nec vero emendatione opus est. Qui enim exstirpandum funditus versum illum aut transponendum censeant, reputent velim substantivum γάμος non nuptias solum, sed etiam ipsum concubitum significare. Raro quidem id dicitur a veteribus Graecis, sed saepe a recentioribus: cf. Nonni Dionys. 15. 77 sq.

παρθενικὴν ἀδάμαστον ἀτάσθαλον εἰς γάμον ἕλκων
σφίγξεν ὑπὲρ δαπέδοιο.

Ib. 16. 149; 281; 291; 327; 330; 333.

Anthol. Palat. epigr. Macedonii 5. 245 κιχλίζεις, χρεμέτισμα γάμου προκέλευθον ἱεῖσα. Leonidae 6. 281 κούρην Σειλήνης, παμπότνια κεὶς ὑμέναιον κεὶς γάμον ἀβρύναις. Aristaenet. I ep. 21 ἡδίστων ἀπόλαυε φιλημάτων ..... γάμον δὲ μήτε πολυπραγμόνει, μήτε προσδόκα. ibid. ὅτι ἐλπιζόμενός ἐστιν ὁ γάμος ἡδύς, εὔχαρις καὶ λίαν εὐκταῖος. II. ep. 4 ἡδίων γὰρ καὶ σφόδρα ποθεινὸς μετὰ δή τινα συμβᾶσαν δυσκολίαν, τοῖς ἐρῶσιν ὁ γάμος. Ach. Tat. 1. ηι: ὅταν οὖν εἰς τὸν γάμον ἐθέλωσιν ἀλλήλοις συνελθεῖν; V. ιε: περιβαλοῦσα οὖν με κατεφίλει καὶ ἀπῄτει τὸν γάμον et alia plurima. Nec ab ipso Musaeo haec significatio aliena est: v. 3

καὶ γάμον ἀχλυόεντα, τὸν οὐκ ἴδεν ἄφθιτος ἠώς.

Cf. Schraderum p. 75.

Hanc igitur vocis γάμος significationem si hoc loco accipimus, nihil est cur offendamur. Mos enim erat, ut postquam nova nupta cum novo marito thalamum intravit, hymenaei foris decantarentur. Vide quae ipse Musaeus dixerat v. 274 ἔην λέχος; ἀλλ' ἄτερ ὕμνων.

Sunt porro e Vossiano emendanda, quae de Leandro dicuntur v. 115

βυσσόθεν ἐστονάχιζεν ἀθέσφατον.

Sic R α β* Va*; ἐστονάχισεν est in B, ἐστονάχησεν in Ve, ἐστενάχισεν in PB. Scribendum est autem cum Vo 1 ἐστενάχιζεν suadente Nonno, quem „formam per ε̄ (στεναχίζειν non στόναχίζειν) solam usurpasse" commemoravit Wernickius ad Tryphiod. p. 73. Quod quam verum sit, haec maxime demonstrabunt exempla: Dionys. 11. 351 ὣς ὁ μὲν ἐστενάχιζεν; 24. 214 ἄλλη δ' ἐστενάχιζεν; 28. 37 ὃς δὲ πεσὼν στενάχιζεν; 186 Εὐάδνη στενάχιζε; 40. 163 οὐ τόσον ἐστενάχιζεν; 11. 313 ὣς εἰπὼν στενάχιζε. Et in hac forma στεναχίζειν consentit cum Vo 1 etiam P. Similiter etiam in Colluthi carminis v. 323 ὣς ἡ μὲν στενάχεσκεν ex optimo codice Mutinensi στενάχιζεν corrigi jubet O. Schneiderus in conjectaneis ad Colluthum, quae leguntur in Philol. XXIII. p. 409.

Cum in Collutho versemur, e Mutinensi alium licet emendare locum nondum correctum. V. 210 de Paride in Graeciam proficiscente haec verba facit Colluthus

τόφρα δὲ Δαρδάνιον καὶ Τρώϊον οὖδας ἀμείψας
Ἰσμαρίδος μεθέηκε παραπλώων στόμα λίμνης.

Codex Mutinensis praebet οὖδας ἀμείβων, quod unice verum esse facile tibi persuadebis, cum Nonni, quem summo studio ille secutus est, comparaveris hos locos: Dionys. 4. 334 sqq., ubi de Cadmi itinere dicitur

καὶ ποδὸς ἴχνος ἔθηκε Ταναγραίῳ κενεῶνι,
ἐκ δὲ Κορωνείης Ἁλιάρτιον οὖδας ἀμείβων
Θεσπιέων τε πόληα βαθυκνήμους τε Πλαταιὰς
Ἀονίης σχεδὸν ἦλθε πέδον Βοιωτὸν ὁδεύων.

et 8. 50 sqq., ubi Φθόνος Junonem in Semelen concitat his verbis,

δίζεό σοι νέον ἄλλον ἐν αἰθέρι νυμφίον, Ἥρη,
ἄλλον, ἐπεὶ Σεμέλη τεὸν ἥρπασεν, ἧς χάριν εὐνῆς
Θήβης ἑπταπύλοιο γαμήλιον οὖδας ἀμείβων
οὐρανὸν ἑπτάζωνον ἀναίνεται.

Sed redeamus ad Musaeum. Gravioris momenti alia est Vossiani scriptura, quae est in v. 295 sqq.

βένθεα δ' ἀστήρικτα καὶ ὑγρὰ θέμεθλα θαλάσσης
χειμέριοι πνείοντες ἀεὶ στυφέλιζον ἀῆται
λαίλαπι μαστίζοντες ὅλην ἅλα.

Praebet enim ille χειμερίον, unde cum participium πνείοντες aperte postulet adverbium, χειμέριον eruendum esse facile tibi persuadebis. Idem jam Dorvillium conjectando adsecutum esse narrat Roeverus; nec mirari desinimus neminem conjecturam illam in textum recepisse. Verissimam enim eam esse demonstrant etiam versus nunc pertractandi, qui sunt 309 sqq.

νὺξ ἦν εὖτε μάλιστα βαρυπνείοντες ἀῆται,
χειμερίῃς πνοιῇσιν ἀκοντίζοντες ἀῆται,
ἀθρόον ἐμπίπτουσιν ἐπὶ ῥηγμῖνι θαλάσσης

v. 309 volgatum erat ante Stephanum βαρυπνείουσιν ἀήταις, quod est in β, sed nominativos, quos reliqui praebent codices, comprobaverunt in textumque receperunt cum Stephano recentiores editores. — V. 310 praebent codices P R B ἀκοντίζοντες ἀήτας, nisi quod in B est ἀῆτας; Ve ἀκοντίζοντες ἀέλλας. Editum est ἀκοντίζοντες ἀῆται, quod est in Va* β*. Haec ἀῆται

vocis repetitio etsi per se defendi posse videatur ejusmodi locis qualis est Nonni Dionys. 15. 261 sq.

χιονέῳ πελάσειε σαόφρονος ἔκτοθι μίτρης,
ναὶ δαμάλη, ναὶ μόσχε, σαόφρονος ἔκτοθι μίτρης,

tamen minus placet, propterea quod desideratur mentio ejus rei, quam venti jaculati sint. Nonnus enim et cum omnibus jaculandi verbis et cum verbo ἀκοντίζειν accusativum, quo telum designet, jungere solet: cf. Dionys. 5. 486 χιονέας ἀκτῖνας ἀκοντίζουσα; 27. 12 θερμὸν ἀκοντίζων ῥοδόεν βέλος; 32. 113 πυρσὸν ἀκοντίζουσα; 150 ἀφρὸν ἀκοντίζων χιονώδεα, 33. 65 νεκταρέας ῥαθάμιγγας ἀκοντίζοντα κυπέλλοις; 34. 299 μῦθον ἀκοντίζων; 37 80 σέλας ἠκόντιζον ... αὖραι; 40 305 πορφυρέους σπινθῆρας ἀκοντίζοντα et alia plurima. Quod cum ita sit, non dubito quin hic postuletur accusativus: id quod jure jam existimatum est a Graefio, qui ad hunc locum adnotavit haec „ἄηται ex versu praecedente immigravit; verbum ἀκοντίζειν postulat accusativum. Lege χειμερίας πνοιῇσιν ἀκοντίζοντες ἀπειλάς." Elegans esset χειμερίας ναύτῃσιν ἀκοντίζοντες ἀπειλάς. — Vo1 praebet ἀκοντίζοντες ἰωάς. Hanc tamen scripturam, quamquam nihil habet offensionis, cum ἰωὴ voce jam ab Homero signetur ventorum fremitus: Il. 11 308 ὑψόσε δ' ἄχνη σκίδναται ἐξ ἀνέμοιο πολυπλάγκτοιο ἰωῆς et 4. 276 νέφος ... ἐρχόμενον κατὰ πόντον ὑπὸ Ζεφύροιο ἰωῆς, cave ne ab ipso poeta profectam esse existimes. Mira enim esset ἰωὰς vocis in ἀήτας vel ἀέλλας depravatio, quam ego non haberem quo modo accidisse probabiliter demonstrarem. Equidem non dubito quin ἰωὰς glossema sit, quod librarius cum in archetypo litteras evanidas videret nec inde quid eliciendum esset sciret, in textum recepit. Quae suspitio eo certior videtur esse, quod codex ille praesertim in altera carminis parte glossematis laborat: cf. p. 32—33. Itaque eo inclinat animus, ut ἀπειλὰς a Graefio conjectum esse censeam verissime. Ea enim conjectura duplici nititur fundamento: primum quod codicum scripturae ἀήτας vel ἀέλλας, quod in Ve est, propius accedunt ad ἀπειλὰς vocis similitudinem; alterum quod similiter ipse poeta dicit v. 317

καὶ Νότος ἐς Βορέην μεγάλας ἐφέηκεν ἀπειλάς.

Cetera vero, quae ad hunc versum sanandum excogitavit Grae-

fius, nequaquam comprobamus, cum v. 296 χειμέριον et hoc versu χειμερίῃς πνοίῃσιν optime se tueantur.

Multa novis subsidiis adhibitis ad pristinam formam redacta sunt: tamen dubium non est quin multa adhuc restent, quae vel obscura sint vel manu egeant emendatrice. Cum vero non sit concessum, ut omnes loci sive dubii sive corrupti evadant emendatiores, acquiescendum est cum in eis corrigendis, quorum emendatio e certis legibus criticis et grammaticis se offerat et cuique facile probetur, tum in eis defendendis, qui hominum doctorum conaminibus temere videntur esse tentati. Et primo quidem loco de eo emendationum genere, quod ad praecepta grammatica pertinet, breviter dicam. Certum est autem Musaeum, qui tanto ardore, tanta industria et in dicendi genere et in rebus metricis Nonnum secutus est, ut docti quidam ipsum fortasse hoc carmen composuisse suspicarentur, etiam in his rebus ad Nonnianam orationem finxisse suam et accomodasse. Iam Koechlyus l. l. p. 8 unius Palatini ope demonstraverat nonnullas leges a Nonno vel propositas vel observatas etiam apud Musaeum valere; ego vero novis codicum copiis instructus omnes omnino leges Nonnianas observasse Musaeum persuasum habeo: ut saeculi consuetudo esse videatur omnia, codicum memoria, sicubi incerta est et ambigua, fere nihil. Ita scripsit Musaeus v. 61

νεισσομένης δὲ
καὶ ῥόδα λευκοχίτωνος ὑπὸ σφύρα λάμπετο κούρης

non νισσομένης, quod in libris editis circumfertur; illud enim est in *a* et erat in R, in quo multa omnino ad priscae orthographiae normam scripta sunt velut v. 44 πασσυδίῃ, v. 118 εἷλκε, v. 133 κύσσας. Atque eo certior scriptura illa videtur esse, quod Musaeus Nonnum, qui ubique et in Dionysiacis et in metaphrasi evangelii Joannei formam per ει habet, imitatione expressit: cf. Dionys. 10,189

νεισσομένου δὲ
ἐκ ποδὸς ἀργυφέοιο ῥόδων ἐρυθαίνετο λαιμών.

v. 236 et 332 jure suo restituit Heinrichius p. 132 adjectivum πολύκλαυτος exempta littera σ. Etenim quamquam aliis scri-

ptoribus alium usum placuisse constat, epicae tamen poesis propria videtur esse forma, quae littera σ caret. Nonnus certe habet ἄκλαυτος Dionys. 3,161. 12,225; φιλόκλαυτος 3,154; 5,386; ἐρίκλαυτος 11,206; πολύκλαυτος 4,153 idemque Tryphiodorus v. 390. Nec destituimur codicum auctoritate, quorum v. 236 Vo1 et β praebent πολυκλαύτοιο; et v. 332 β πολυκλαύτοισι, idem est in R, sed ab altera manu radendo correctum ex πολυκλαύστοισι.

Contra paullo incertius est, si codicum auctoritatem spectas, num v. 101 et v. 213 Musaeus scripserit ὀπιπεύειν exempta littera τ necne. Praeter B enim, qui v. 213 habet ὀπιπεύων, nullus illam formam commendat, nisi forte v. 101 in corruptela P ὀπεύων latere eam credideris. Sed ne in hoc quidem verbo a Nonno, qui semper ὀπιπεύειν usurpat, discedendum est. Quod ut credam, eo maxime adducor, quod prius hemistichium ab ipso Nono depromptum est: cf. Dionys. 32,41

καί μιν ὀπιπεύων Κρονίδης ἐξείρετο μύθῳ.

Reliquum est ut locos nonnullos pertractemus vel dubios vel doctorum conjecturis temere tentatos.

De Herone haec verba facit poeta v. 56 sqq.

ἡ δὲ θεῆς ἀνὰ νηὸν ἐπῴχετο παρθένος Ἡρὼ
μαρμαρυγὴν χαρίεντος ἀπαστράπτουσα προσώπου.

E β familiae codicibus volgatum erat μαρμαρυγὴν χαρίεσσαν ante Stephanum, qui ex editione Lascarina μαρμαρυγὴν χαρίεντος recepit eumque secuti sunt praeter Schraderum, qui volgatam scripturum revocavit, editores omnes. Koechlyus autem l. l. p. 8 restituit ex P μαρμαρυγὴν χαρίεσσαν. — Va B habent μαρμαρυγὰς et, ut videtur, χαρίεσσαν; Ve R α Vo1 Vo2 μαρμαρυγὰς χαρίεσσας. Hinc suspitio oritur aliud quid olim scriptum fuisse. Etenim cum editio Lascarina nonnumquam verae vetustatis habeat auctoritatem multasque praebeat scripturas, quae ex optimo aliquo codice manaverint a Palatino haud procul recedente, quidni meo jure colligam hunc locum eam servasse vel Palatino probiorem? praesertim cum eo sit emendatior v. 129 [ὅτ' ἔκλυεν S R, ὡς ἔκλυεν P], v. 131 ἀπειλείουσι S B, ἐπεχθαίρουσι P]; v. 136 [ἐπιχθονίῃσιν — γυναιξὶν S B*, ἐπιχθονίων

γυναιξὶν P] et nescio an v. 111 ἀνέτελλε*) praeferendum sit scripturae ἀνέτειλε, quae est in P Vo1, et a correctore superscripta in R.

Si quis igitur illi plus auctoritatis quam Palatino nonnumquam tribuendum esse censeat, tale quid scriptum fuisse suspicari licebit quale

μαρμαρυγὰς χαρίεντος ἀπαστράπτουσα προσώπου

Cui emendationi haud leve pondus inde accedet, quod non solum Va Ve R α B Vo1 Vo2 tuentur μαρμαρυγάς, sed etiam haec pluralis forma a Nonno non abhorret: cf. Dionys 8,341

οὐδὲ προσώπου
μαρμαρυγὰς ἐνόησα καὶ ἀστράπτουσαν ὑπήνην

et ib. 35, 40 σεῖο προσώπου
μαρμαρυγαὶ χλονέουσιν.

Nec neglegendus erit alius Nonni locus, qui alteram hujus emendationis partem optime confirmabit: Dionys. 1,527

καί ποτε μὲν χαρίεντος ἐς ἄργυφα κύκλα προσώπου

Sed si verum fateri oportet, quoad dubitare licet, utrum e codice aliquo χαρίεντος illud profluxerit, an aliunde in textum invectum sit, e codicum, inter quos optimus P est, auctoritate pendere malim quam incertae conjecturae favere: praesertim cum Nonni consuetudini scriptura μαρμαρυγὴν χαρίεσσαν nihil sit accommodatius. Cf. Dionys. 7,303 μαρμαρυγὴν πέμπουσα φυτηκόμον; 18,354 μαρμαρυγὴν ῥοδόεσσαν διστεύουσι παρειαί; 30,255 μαρμαρυγὴν πυρόεσσαν ἀνηκόντιζον ὀπωπαί; 33,24 μαρμαρυγὴν στίλβουσαν ἀπημάλδυνε προσώπου; 34,42 μαρμαρυγὴν εὔκυκλον ἀκοντίζουσα Σελήνη; 38,123 μαρμαρυγὴν τροχόεσσαν ἀναπλήσασα; 40,414 μαρμαρυγὴν ῥοδόεσσαν ἀπηκόντιζον ὀπωπαί; 44,221 μαρμαρυγὴν δροσόεσσαν ἀκοιμήτοιο Σελήνης δεχνυμένη.

Multis conjecturis tentata sunt verba, quibus Hero Leandrum adloquitur v. 123 sqq.

---

*) Apud Nonnum, quod scio, aoristus nusquam occurrit Cf. 3,3; 5,122,288; 12,5; 13,412; 38,9; 48,323 et deinde 4,432; 5,114,199; 10,185; 11,86; 14,178; 23,31,146; 33,225: 38,25,308,387,421.

ξεῖνε, τί μαργαίνεις; τί με, δύσμορε, παρθένον ἕλκεις;
ἄλλην δεῦρο κέλευθον· ἐμὸν δ' ἀπόλειπε χιτῶνα
μῆνιν ἐμῶν ἀπόειπε πολυκτεάνων γενετήρων·

v. 125 offenderunt homines docti in verbo ἀποειπεῖν, quod „renuntiare, abnuere, denegare" esse contendunt, sed numquam „evitare, fugere". Lenzius quidem [de cujus sententia vide, quae exposuit Heinrichius p. 87] ex Il. III. 406. ubi Helena Venerem his verbis objurgat „θεῶν δ'ἀπόειπε κελεύθους fugiendi notionem ἀποειπεῖν verbo vindicavit, sed nunc ibi legitur θεῶν δ'ἀπόειπε κελεύθου [cf. Fr. Spitznerum ad hunc locum: ed. Il. I p. 116]. Apud Homerum ἀποειπεῖν est aut edicere aut denegare aut denique renuntiare alicui aliquid: quae significatio duobus locis, quos nescio an Musaeus ante oculos habuerit, occurrit: Il. 19. 35, ubi Thetis Achillem ira accensum ita adloquitur

ἀλλὰ σύ γ'εἰς ἀγορὴν καλέσας ἥρωας Ἀχαιούς,
μῆνιν ἀποειπὼν Ἀγαμέμνονι ποιμένι λαῶν,
αἶψα μάλ' ἐς πόλεμον θωρήσσεο, δύσεο δ'ἀλκήν.

Similiter ib. v. 74 sq.

ὣς ἔφαθ', οἱ δ'ἐχάρησαν ἐυκνήμιδες Ἀχαιοί
μῆνιν ἀπειπόντος μεγαθύμου Πηλείωνος.

Hanc ob causam multi ad hunc versum sanandum accesserunt. Passovius et Lehrsius scripserunt ἀλέεινε e conjectura Heinrichii; Teucherus in editione a. 1789 ὑπόδειδε; Jacobsius conjecit ἀπάλευε, alii ἀπόφευγε. Sed ex omnibus conjecturis, quae prolatae sunt, una tantum ferri potest, in quam Teucherus in altera editione a. 1795 et Koechlyus l. l. p. 21 inciderunt. Uterque suspicatus est scripsisse Musaeum ἀπόλειπε, cui conjecturae nunc aliquid ponderis accedit e codicibus a b, si quid auctoritatis eis attribundum est. Codex b enim habet ἀποειπε (λ ab eadem manu superscriptum est); codex a ἀπόλειπε (λ nigriore atramento insertum est.) Nihilominus persuasissimum mihi est vehementer falli eos, qui hunc versum corrigendum esse censeant. Etenim in Nonni, apud quem ἀποειπεῖν cebro occurrit, usum inquirentibus obscurum esse nequit eodem atque hic sensu illud uno saltem loco ex-

stare. Ille enim postquam narravit Electram Jove jubente Harmoniam filiam Cadmo in matrimonium dare voluisse, Harmoniam vero multis lamentis effusis id repudiasse, ita dicit de Electra: Dionys. 4. 65 sq.

διχοστασίῃ δὲ μενοινῆς
Ἁρμονίην ᾤκτειρε, Διὸς δ' ἀπέειπεν ἀπειλήν.

Ad hunc quidem versum adscripsit Koechlyus in commentario critico p. 28 „ἀπέειπεν suspectum. Num ἀλέεινεν!"

Sed cum renuntiandi et fugiendi notiones tam sint finitimae, ut altera alteram excipere et tamquam continuare videatur, cum recentiores scriptores saepius ab oratione veterum discedere constet, (cf. Moebium p. 19; Heinrichium p. 45 et p. 88, ubi „concedo, inquit, ut a Nostro utramque notionem confundi potuisse adeoque antiquam lectionem bene habere largiar; licet ejus permutationis exempla desiderem."), cum denique Musaei et Nonni verba se optime defendant, non video cur hunc versum immutemus conjecturisque deformemus vel dubiis vel omnino non probabilibus.

Accedit aliud argumentum idque haud minus grave, quo traditam scripturam tueamur. Commendat enim eam elegantissima verborum quae vocatur assonantia, qualem Nonnus, cujus posteri dicendi colorem subtilitatemque studiosissime amplexi sunt, valde in deliciis habuit. Sic verbum ἀποειπεῖν cum simplici λείπειν conjunctum occurrit: Dionys 5.619 sq.

Ἥρης δ' οἶκον ἔλειπε, λέχος δ' ἀπέειπε Διώνης
Δηοῦς ῥῖψεν ἔρωτα, Θέμιν φύγε, κάλλιπε Λητώ.

Hic quidem altero versu etiam κάλλιπε.

Dionys. 16.317

ποιμενίην δ' ἀπόειπε καλαύροπα καὶ παρὰ πέτρῃ
λεῖπε βόας καὶ μῆλα.

Sententia quidem disparia sunt, sed ad eandem Nonni consuetudinem pertinent verba, quibus Juppiter Cadmum adloquitur: Dionys. 2.691

Καδμείων βασίλευε καὶ οὔνομα λεῖπε πολίταις,
πλαγκτοσύνης δ' ἀπόειπε παλίμπορα κύκλα κελεύθου.

Ex his satis superque apparet nihil habere Musaei verba quo displiceant, immo habere quo vehementer placeant.

Aliud vitium deprehendisse sibi visus est Koechlyus in verbis ἄλλην δεῦρο κέλευθον: quae e simili jubendi verbi usu, qui est apud Homerum Il. 13. 784 νῦν δ' ἄρχ', ὅππῃ σε κραδίη θυμός τε κελεύει et Od. 4. 274 κελευσέμεναι δέ σ' ἔμελλεν δαίμων, ita correxit, ut scriberet ἄλλην δεῦρο κέλευσον. Hanc conjecturam melius sane cum totius loci ratione convenire nemo negabit: nec Nonni exemplum deest, quo talem sententiam hic postulari demonstretur. Simillima enim sunt verba Nicaeae Baccho resistentis: Dionys. 16. 178

ἄλλην δίζεο, Βάκχε, νέην πειθήμονα νύμφην.

Sed quod ille suspicatur scribendum esse ἄλλην δεῦρο κέλευσον, id ego comprobare propterea non possum, quia jubendi verbum incommodum est et fere ineptum. Qnare nescio an recte conjiciatur scriptum fuisse leni litterarum mutatione facta ἄλλην δεῦρο κάλεσσον, quod ipsum videri potest expressum esse e Nonni Dionys. 46. 230 Πενθέα δεῦρο κάλεσσον. Nonnus autem ante oculos habuit Homerum, apud quem est Il. 15. 54 καὶ δεῦρο κάλεσσον

Ἶρίν τ' ἐλθέμεναι καὶ Ἀπόλλωνα κλυτότοξον.

Leander Heronem his verbis implorat v. 148

σὸν δ' ἱκέτην με κόμιζε καί, ἢν ἐθέλῃς, παρακοίτην.

ἐπέτην pro ἱκέτην conjecit M. Hauptius in ind. lect. univ. Berilon. sem. hiem. 1855—56 p. 10—11 idque verissime restitutum esse censuit Koechlyus p. 20 Palatini scripturam οἰκέτην, quae etiam in S est, glossam ἐπέτην vocis esse suspicatus. Vereor tamen, ne in errorem inciderint viri eruditissimi. Nam alibi quoque is, qui a puella ut ipsum amet expetit, ἱκέτης appellatur: cf. epigr. Pauli Silentiarii Anthol. Pal. V. 256

ὤμοσα γὰρ λυκάβαντα μένειν ἀπάνευθεν ἐκείνης·
ὢ πόποι· ἀλλ' ἱκέτης πρώϊος εὐθὺς ἔβην.

Quae ἱκέτης vocis significatio unde originem traxerit, ex hoc Nonni versu perspicitur: Dionys. 16. 234

Βάκχος ὁ τολμήεις ἱκέτης πέλε λάτρις Ἐρώτων

Huc verba quoque pertinent, quae de eodem Baccho dicuntur v. 29 ejusdem libri

ψαύων ὡς ἱκέτης ἐρατοῦ χροός

Ad quae accedit quod etiam J. Tzetzes, cujus testimonium vim habet longe gravissimam, codicum scripturam agnoscit hunc Musaei locum vitio vacuum excerpens in Chil. II 438 sqq.

Leander, ut Heronem a superbia et repugnantia deterreat, haec verba facit de Atalanta Milanionis amorem spernente: v. 155 sqq.

χολωσαμένης δ' Ἀφροδίτης
τὸν πάρος οὐκ ἐπόθησεν, ἐνὶ κραδίῃ θέτο πάσῃ.

Non sunt haec quidem sic dicta, ut valde reprehendi possint, sed tamen Nonni dictionem diligenter perscrutanti mihi persuasum est Musaeum scripsisse χολωομένης δ' Ἀφροδίτης: quae scriptura etiam per se altera multo praestantior est. Similiter enim Venus Pisinoës figura, ut Harmoniae excitet amorem, adsumpta post alias Jovis pellices, quibus Juno irata sit, Latonae facit mentionem his verbis: Dionys. 4. 169 sqq.

χολωομένης δὲ τεκούσης
ἤλασεν ὠδίνουσαν Ἄρης ἐγκύμονα Λητώ

et Dionys. 5. 437 sqq. Actaeon a Diana in cervum mutatus patrem somniantem his verbis adloquitur

χολωομένης δὲ θεαίνης
δεῖπνον ἐμῶν σκυλάκων γενόμην, πάτερ.

Nec nobis deest Palatini auctoritas, in cujus depravata scriptura χωομένης χολωομένης latere potius quam χολωσαμένης quis est quin intellegat?

Hero Leandrum natandi laboribus defatigatum ita adloquitnr v. 271

δεῦρο, τεοὺς ἱδρῶτας ἐμοῖς ἐνικάτθεο κόλποις·

Haec verba G. Hermannus in emendationibus Colluthi (v. opusc. IV p. 223) ita mutavit, ut cum Va Ve scriberet παρακάτθεο, Lehrsiique assensum nactus est, qui id in textum recepit. In B R est περικάτθεο. At vero scripturam ἐνικάτθεο, quam ha-

bent P Vo 1 β, unice veram esse facile tibi persuadebis hunc Nonni locum comparanti: Dionys. 9. 61 sqq.

δέξο, γύναι, νόθον υἷα, τεῷ δ'ἐνικάτθεο κόλπῳ
παῖδα κασιγνήτης Σεμέλης σέθεν.

Addas quae leguntur Il. 14. 219

τῇ νῦν, τοῦτον ἱμάντα τεῷ ἐγκάτθεο κόλπῳ.

Similiter ib. 223.

NOV 26 [illegible]